IN FRANCISCI CARELLII

NVMORVM VETERVM ITALIAE

DESCRIPTIONEM

ADNOTATIONES

ACCESSIT

DE NEAPOLITANORVM NVMO ANECDOTO

EPISTOLA

AD CL. V. NIEBVHRIVM

SCRIPSIT

FRANCISCVS M. AVELLINIVS I. C.

EDITIO C EXEMPLARIVM

cIↄIↄcccxxxiiI

NEAPOLI

Excudebat A. TRAMATER.

EXCELLENTISSIMO EQVITI

NICOLAO SANTANGELO

MAGNO FRANCISCI I TORQVE DONATO, ATQVE INTERIORVM REGNI NEGOTIORVM ADMINISTRO etc. etc.

AVCTOR

Quod amplissima Tua in rem litterarum publicam merita, Excellentissime Eqves, et omnigena in me collata beneficia postulare prorsus videbantur, opusculum hoc, venia a Te benignissime impetrata, tenuem grati animi tesseram Tibi sisto. Quo illud consilio scripserim, et quid in eo praestare studuerim, satis ex iis patet, quae in ipso adnotationum limine sum praefatus. Cura nempe fuit ne rei veterum numariae studium sane nobilissimum propter Carelliani nominis auctoritatem maculis nonnullis foedaretur, atque obscuraretur. Cui studio quum inter cetera animi Tui egregia ornamenta ac dotes, Tu quam qui maxime, incubueris, Te iis, quae scripsi, Patronum potissimum advocare et debui et volui. Accedit ad haec quod libello quasi mantissa, ne extremae

vacarent pagellae, addita est epistola de ἀνεκδότῳ Tuo argenteo Neapolitanorum numo, quam anno hujus saeculi xxvIII scriptam a me ad cl. vir. atque; dum vixit, amicissimum NIEBVHRIVM, nuper edidere in novo, quod vocant, Rhenano Museo, cl. viri WELCKER et NAEKE. Itaque ut quod ex Te profectum, ad Te quoque rediret, jure Tuo prorsus a me exigere videbaris. Restat ut haec omnia, quae Tua est in me comitas, aequi bonique consulas, meque Tibi addictissimum, quod facis, Tuo patrocinio fovere pergas. Vale.

Scripsi Neapoli id. april. cIↃIↃcccxxxI.

Non apud nostrates modo, quotquot sunt qui veterum monumentorum studio tenentur, sed et apud politiores totius Europae archaeologos pervulgatus est praeteritis annis rumor de insigni Italiae ac Siciliae numorum veterum collectione, quam comparaverat vir ill. collega dum licuit optimus atque amicus FRANCISCVS CARELLIVS. Fatebantur omnes, neque id injuria, nullum ad eam usque diem eo thesauro ditiorem et praestantiorem exstitisse, qui et rariorum quorumcumque numorum, ἀνεκδότων maxime vel variantium, incredibili pene copia, et eorum, qui jam cogniti erant, nitore atque elegantia ceteras omnes gazas longo post se linquebat intervallo a). Cujus quidem thesauri ut descriptio in publicum ederetur, additis numorum saltem rariorum ἐκτύποις, diu sed incassum in votis fuit. Anno demum cIↃIↃcccxiI cl. Carellius numorum Italiae musei sui descriptionem edendi consilium cepit; plagulis tamen excusis, editionem plane suppressit, neque unquam quoad vixit, vixit autem ad annum usque cIↃIↃcccxxxiI, in lucem prodire passus est. Cujus rei caussam, si conjiciendi datur facultas, non aliam fuisse suspicor, quam desiderium catalogi illius defectus nonnullos, quos incuria fuderat, emendandi et dubia quaedam ad trutinam iterum revocandi. Tabulas porro aereas numorum sui musei imaginibus insculptas magno numero atque eleganti artificio parasse quoque cl. Carellium novimus, quarum tamen neque editionem, quoad vixit, procuravit.

Erepto tandem e vivis insigni viro, visum est heredi optimo catalogi impressi in lucem edendi consilium inire, illumque, addita tantum libri fronte, anno qui proxime elapsus est cIↃIↃcccxxxiiI, publici fecit juris b). Quod ego consilium laudandum maxime censeo: satis enim hac editione factum tandem est illis, qui carellianae gazae notitiam qualemcumque (quoniam accuratissimam ac δευτέραις φρόντισι emendatam ab ipso auctore non possent) habere tamen desiderabant. Cujus libri nactus exemplar editoris ipsius dono quum etsi fuerit mihi lectio perutilis, nonnulla tamen viderem plane requiri ad usum ejus ac pretium augendum, eaque ex aliqua parte saltem (absit verbo invidia) praeter me praestari ab nemine posse propter caussas, quas modo dicturus sum, probe intelligerem, annotationibus quibusdam meis catalogum illum instruere volui: quas nunc tibi sisto, jucundi itineris in eo percurrendo comites, ut auguror, lector, futuras haud plane injucundas.

Quid vero in his annotationibus maxime mihi proposuerim, breviter accipito:

I. Quod plane in editione postuma catalogi carelliani desiderabatur, numorum modulorum *scalam*, ut vocant, addidi, quae impressa est in ipsa nostrarum annotationum fronte. Facile autem mihi fuit defectum hunc postumae catalogi editionis supplere. Factum est enim ut ipso anno hujus saeculi xiI et sequentibus xiiI et xiiiI, carellianum ipsum gazophylacium pene integrum mihi licuerit non semel aut bis, sed quotidie pene pervolutare a): ita ut ad ejus catalogum perficiendum ipse tunc temporis animum quoque applicuerim. Quem catalogum a me confectum ex eo tempore in scriniis servo, et praestantiores numos, et ab editis variantes maxima saltem parte ex eo edidi a. cIↃIↃcccxiiiI in supplemento ad mea Italiae veteris numismata b). Itaque cum in meo catalogo numorum modulorum notas haud omiserim, nemo jam non videt, quam facile fuerit collatis meis schedis cum carellianis modulorum notis, scalam ipsam eamdem restituere, qua auctor usus deprehenditur.

II. Atque haec eadem est ratio, qua, ut modo dixi, maxime sum motus ad annotationes hasce conscribendas, quod nempe eum carellianos Italiae numos iterum ad trutinam revocarim, plura nunc in eorum descriptione carelliana emendari per me posse probe noscam, neque id ex conjectura, sed ex oculorum ipsorum fide, accurataque ac repetita ipsorum numorum inspectione. Atque haec quidem παροράματα catalogi ipsius auctor certe melius multo quam ego,

Emendaturus, si licuisset, erat.

Quae viri acutissimi haud penitus effugisse solertiam vel id argumento esse potest, quod librum vivens nunquam, ut paullo ante dixi, edi sit passus, pressurus adhuc, si viveret, editionem, donec vel tempus vel occasionem errores corrigendi nancisceretur.

Quod si quibusdam minutiora nonnunquam ea videbuntur quae annotabo, atque iis facile carere nos potuisse arbitrabuntur, ad id quaeso animum advertant, ex minutis hisce observationibus, adeoque accurata numorum veterum apicum ipsorum, litterarum, monogrammatum, sigillorumque in area sculptorum inspectione ac studio non modo praecipuas artis nostrae rationes juvari posse ac utique

a) Principem nunc locum tenet gazophylacium exc. equitis NICOLAI SANTANGELO, viri et penitiori eruditione, et veterum artium peritia, et gestis rebus, et humanitatis summae laude spectatissimi. Italiae numorum series ab eo viro congesta longe superat Carellianam, ejusque ut catalogus in lucem edatur, archaeologi omnes exoptant.

b) Ea est hujusmodi: *Equitis Francisci Carelli regalis academiae neapolitanae socii ab actis perpetui, parisiensi instituto adscripti etc. etc. etc. nummorum veterum Italiae, quos ipse collegit et ordine geographico disposuit, descriptio. Neapoli* cIↃIↃcccxiI: qui quidem annus est impressi operis; libri vero frons impressa et cum ipso opere edita est post auctoris mortem, ut dixi, a. nempe cIↃIↃcccxxxiiI.

a) Numorum quorumdam visendi defuit mihi tamen opportunitas; aliorum descriptio pluries dilata, numis ipsis anno cIↃIↃcccxv alio asportatis, absolvi tandem haud potuit amplius. Adde quod e meis schedis quaedam vel amissae vel latentes reperiri adhuc non potuerunt. Itaque numi carelliani, quorum descriptione deficior et in quibus adeo nulla emendandi carelliani libri fuit mihi facultas sunt plures, quos ad libelli hujus calcem enumeravi.

b) Ea est libelli frons, quem deinde saepius memorabo: *Italiae veteris numismata: edidit F. M. Avellinius. Ad volumen I Supplementum. 1814. Neapoli in 4.*

debere, sed et universae adeo archaeologiae subsidium copiasque non minus esse in his rebus paratas quam in typorum ipsorum, epigraphes, fabricae studio ac notitia accuratiore. De qua re profecto luculenta me alias exempla proditurum esse confido.

III. Ponderis notae quas Carellius uniuscujusque numi descriptioni adjecit, grana (ut vocant) ad quae gemmae apud nos expenduntur indicant; quorum cum a cl. viro ac collega doctissimo eq. Luca de Samuele Cagnazio petiissem, ut quae cum *grammis* proportio intercederet docere vellet, indicavit is granum quodque esse = grammis 0.05132.4.

Aliarum vero notarum, quas descriptioni numorum subdidit auctor, sensum paullo abstrusiorem ac plane arcanum fortasse haud deprehendissem, nisi traditum sibi a Carellio eum mihi explicuisset cl. vir princeps Dominicus Spinellius inter academiae herculanensis XX viros merito suo allectus, reique veterum numariae, adeoque archaeologiae universae studiosissimus. Tradit is Saturni planetae signum a Carellio adhiberi ad indicandam numi fabricam, quam vocamus *palaeographicam*; Cereris signum ad eam fabricam, quae cultiorem prodit aetatem, quamque adeo diximus recentiorem; Solis signum fabricae indicat praestantiam, quod bis vel ter repetitum majorem, vel maximam elegantiam operis ostendit; Lunae denique silentis nota est barbarae fabricae ac rudis artificii. Et sane tales notarum explicationes maxima ex parte numorum ipsorum, quibus eae appinguntur, descriptioni apte convenire nemo diffitebitur; ita tamen ut locus aliquando relinquatur ab auctoris κριτηρίῳ in hac etiam re discedendi, quum nonnunquam videatur palaeographicis numis accenseri, qui a rudi potius quam vetusto artifice fuerit profectus, aliaeque item notae haud omni prorsus careant dubitatione. De hac tamen re, quum sine numorum ipsorum vel saltem ectyporum inspectione vana sit omnis disceptatio ac praepropera, nolui in hisce annotationibus disserere. Quod fortasse commodius fiet, quum, quod plane auguramur, in lucem prodierint tabulae numorum, quas modo memoravi, copiosissimae, ipsius Carellii cura jam sculptae, neque adhuc editae.

His praemonitis, jam ad descriptionis carellianae κρίσιν paullo pressius accedamus.

(*Pag. 1 carelliani operis*)

Populonia. 1 *numus*. Typus posticae hujus numi, in quo lunam crescentem vidit auctor, satis erat incertus, nec facile poterat definiri, quum malleatoris vitio numus a matrice pene integer in aversa cudenda excesserit. Descriptus jam a me est in meo supplem. ad Ital. num. p. 2 n. 33.

2. In antica hujus numi addenda luculenta nota IIA (i. e. VII) quam Carellius male omisit. Similes notae in ceteris numis Populoniae. Edidi numum hunc l. c. p. 2 n. 34.

3. Male exhibet Car. ultimum epigraphes elementum, cujus formam in hoc numo habes in tabulae nostrae palaeographicae num. 1. Editus numus in citato supplem. nostro n. 35.

Camars. Melius hi numi nunc inter Italiae incertos describuntur. Epigraphe KAM, vel KAMRAEV (litteris etruscis) in numis similibus cum apro utrinque nititur pene sola arigonianorum ectyporum fide quae valde suspecta, item editoris musei wiczaiani, qui et ipse numos saepe corruptos exhibet [a]). Cl. Müllero orta est suspicio aliter epigraphen legendam esse, numosque ad *Caere* pertinere posse [b]). Nuper pro umbris Camertibus stetit cl. Lenzius [c]).

Pisavrvm. Numi hi ab Italia jure nunc exsulant. In eo quem hic Carellius descripsit, visus sum olim non litteras . . ΣΑ . . sed potius . . ΑΕΑ . . mihi deprehendisse. Vide supplem. cit. p. 2. Et sane in simili numo epigraphen ΕΑΕΩ . . nuper deprehendit cl. Cadalvene [d]), qua motus numos hos ad Boeotiae κώμην quae Eleon Straboni [e]) dicitur refert. Quare jam Pisauri numi graeci explodendi omnino: Italici qui feruntur, dubitatione quoque non carent.

Tvdertvm. 1, 2 *numi*. Quod plectrum vocat in his numis, nota est C vel Ɔ, quam satius cum Passerio pro semissis ducas nota, Lanzio tamen contradicente [f]).

3 Editus a me cit. supp. p. 2 n. 33.

(*Pag. 2*)

4. In hoc numo epigraphe describenda erat retrograda.

7. In postica hujus numi adde epigraphes λεί-ϡαγα . . V, et duos obelos, ut noster loqui amat, quae male omisit.

8. Et in hoc numo omisit obelum supra vas anticae.

10. Epigraphes λεíϡαγα retrograde erant describenda. Editus a me cit. supp. p. 2 n. 30.

11. Hujus numi epigraphen, qualem deprehendisse mihi visus sum, exhibeo in addita tabula n. 2. Vide supplem. cit. p. 2 n. 31.

12. Editus a me l. c. p. 2 n. 32.

Ariminvm. 1 *numus*. Visus est mihi hic numus, quum eum describerem, solitum barbatum caput galea vel pileo conico tectum exhibere.

Hatria. 1 *numus*. Corrigendum *Raja ad s.*

Veii. 1 *numus* ad 4. Graviter in horum numorum descriptione atque explicatione peccat Carellius. Eorum epigraphe, quod accuratissime semel atque iterum deprehendi, est quam n. 3 tabulae palaeographicae exhibeo, atque ex ea Vejorum nomen exsculpi nequaquam potest. Eam vero, quod noster facit, invertere, vetat omnino ultimi elementi A positus, quo duce epigraphe est collocanda.

a) Tom. I pag. 15.
b) Die Etrusk. p. 332.
c) De tabulis eugubinis partic. I p. 41.
d) Recueil pag. 154.
e) Lib. IX p. 404 ad 406 Casaub. Vide quoque Homer. Iliad. X v. 266 ibique Eustath.
f) Saggio tom. II p. 29.

(*Pag. 5*)

Signia. 1 *numus*. Inscriptio videtur potius sic describenda, ut habet tabulae nostrae n. 4.

2, 3. Ad hanc urbem pertinere hos numos plane incertum.

Cosa ad Lirim. Cosam urbem ad Lirim positam nullam novimus. De Cosa amni, quo alluitur Frusino, mentio est sane apud Strabonem a) quem amnem in Lirim influere auctor est Cluverius b); sed de cognomine urbe ad Lirim mentio nullibi. Numos ergo COSANO inscriptos ad Hirpinorum Cosam certissime referendos esse puto. Nam etruscis Cosis tribui non posse e fabrica, typis, epigraphe manifestum. De Cosa Hirpinorum mentio est apud Livium c), Plinium d), Vellejum e), nomine tamen vetusto in *Compsam* inflexo, quae matura satis fuit vel corruptio vel orthographia. Sic enim legitur et in quibusdam inscriptionibus f), quum aliae tamen servent gentile *Cossanus* g), cui plane respondet τὸ COSANO numorum.

1 *numus*. Integra videtur in hoc numo epigraphe fuisse COSA, non abrupta, ut Carellio visum.

2. Numus hic perperam pro cosano descriptus, in quo manifestam epigraphen ROMANO in utraque facie deprehendi.

Aqvinvm. 1, 2 *numus*. Horum numorum epigraphe sic exhibenda fuerat ut ostendunt tabulae nostrae n.5, 6. Numum 2 edidi in cit. suppl. p. 2 n.2.

(*Pag. 7*)

Teate. Numos hos non ad Marrucinorum Teate, cui noster tribuit, sed ad apulos Teates Livio, Frontinoque memoratos pertinere satis alibi ostendisse arbitror h), in quam opinionem concessit quoque Sestinius.

(*Pag. 8*)

Frentani. 1 ad 4 *numum*. Ultimum epigraphes elementum est semper Ⱶ non Ⅎ. Numos edidi cit. supplem. p. 5 n. 2. In antica ad Mercurii caput est semper caduceus, quem male Carellius omittit.

Larinvm. 1 ad 4 *numum*. In unius ex his numis posticae area nota V, in alterius, ut videtur, IV, quas notas descriptor hic omittit. Vide nostrum suppl. pag. 5 n. 8.

10. Caput in numo nudum videtur non laureatum, neque adest V.

12. Epigraphes et typi descriptio sic corrigenda: *Canis currens ad d.*; *supra venabulum*, *infra* *quid incertum*. Male Mionnetus infra tres globulos exhibet a). Vide nostrum suppl. l. c. n. 9.

Aesernia. 1 *numus* et seqq. Forma characterum in antica horum numorum variat. Expressimus in tabulae palaeographicae num. 7, 8.

(*Pag. 9*)

8, 9, 10. Duos ex his numis edidi cit. suppl. p. 3 n. 8, 9, unde supplenda ac corrigenda est Carellii descriptio, in qua non modo epigraphe integra datur, quae in numis erat abrupta, sed et clava omittitur in numi area luculenta.

11, 12. Edidi in cit. suppl. p. 3 n. 10, 11. In postremi numi area *lyra* plane incerta.

Allifae. 1 *numus* et seqq. Male hos numos Allifis tribui sed ad Cumarum viciniam esse revocandos videtur cl. Millingen recte docuisse: cujus ego opinionem amplexus in cit. suppl. p. 12 *Olibani* montis mentionem injeci, qui in puteolana regione a Capacio aliisque memoratur, cujusque adeo nomen a vicino quodam oppido *Allibano* geographis tamen ignoto, derivatum videri potest. Eamdem opinionem amplexum fuisse postea cl. Carellium docet idem Millingen b), qui ad eam quoque accedere videtur, memoratque fluvium in Orco qui Alibas dicitur apud Suidam c), Etymologicum magnum d), et Lucianum e), unde trahi potuit Alibani nomen, urbis nempe in Cumarum, ipsiusque Averni vicinia positae, ea in regione quae Plutoni maxime sacra habebatur.

(*Pag. 10*)

Maliessa. 1, 2 *numus*. In utroque tantum MALIE . . mihi deprehendisse visus sum, non integrum MALIEZA. Edidi suppl. p.48. Cl. Millingen numum iterum edidit, addita et imagine: epigraphen tamen sic legit MAIIEΣ f).

Nvmi belli marsici. 1 *numus*. Luculenta erat in hujus numi postica epigr. osca C. PAAPI. C. quam male noster omittit. Forma τοῦ M in hoc et sequentibus numis est quam dedimus tab. nostrae num.9, et sic quoque in ima parte num. 10. Hunc numum edidi cit. suppl. p. 3 n. 26.

2. Oscum elementum D quod bis occurrit in epigr. anticae inversum exprimendum erat hoc modo ᗡ. In epigraphe posticae ultimum elementum est Ⅎ non Ⱶ, ut Carellius exhibet, et sic quoque n. 3.

3. Correctius edidi cit. suppl. p. 4 n. 41.

4. Editus ibid. n. 42.

5. De urna jacente dubitem. Dixi alibi summum signi militaris romani fastigium a figura stante calcari. De flammis quibus bovis pectus cingitur vide ad Ital. n. suppl. p. 5.

a) Lib. V p. 237 Casaub.
b) Ital. ant. lib. III cap. 10 p. 1076.
c) Lib. XXIII cap. 1, XXIV cap. 20, et 44.
d) Hist. nat. lib. III segm. 16.
e) Lib. II cap. 68.
f) PATRONVS. COMPS. Lupoli iter venus. p. 108. AEDILI. COMPSINORVM. Murat. p. MXXXIX. Frontino quoque est ager compsinus p. 126 Goes.
g) INFERET. POENAE. NOMINE. REIPVBLICAE. COSSANAE. FOLLES. MILLE. Gruter. p. DCCCX.
h) Ital. vet. num. tom. 1 p. 15 et opuscoli tom. II p. 66.

a) Supplem. tom. I p. 229.
b) Ancient coins, p. 7, 8.
c) S. v. Ἄλιβας.
d) S. ead. v.
e) Necyom. c. 16. Vide quoque de voce Ἄλιβας Plutarch. Sympos. lib. VIII erga fin.
f) Ancient coins pag. 3 tab I n. 2.

(*Pag. 11*)

13. Pro Φ quod dat Carellius in numo observavi litteram ea forma quae exprimitur tabulae nostrae num. 10.

17. Edidi cit. suppl. p. 3 n. 28.

18. Littera N in imo formam habet latini alphabeti. Edidi ib. n. 31.

19. Edidi ib. n. 30.

21, 22. Edidi ib. n. 32, 33.

23. Pro LIII repone IIII ut numus habuit. In quibusdam ex his numis vexilli superiori parti taenia alligatur quae vento agitari videtur. Vide quae notavi cit. suppl. pag. 4.

24. Edidi cit. suppl. p. 3 n. 34.

25. In posticae area praeterea corona. Edidi cit. suppl. p. 4 n. 37.

26. Editus l. c. n. 38.

29. Editus l. c. n. 40.

Campania. 2, 3 *numi*. Hi numi certo certius ad Siciliam revocandi. Vide Eckhel tom. I pag. 207, et docte de moneta Campanorum nomine in Sicilia cusa disserentem Luynensem ducem in *Annali dell'istituto di corrispondenza archeologica an.* 1829 *p.* 150 *segg.*

Avrvnci. 2 *numus*. Hic numus a me editus est cit. suppl. p. 5 n. 2 et visus sum mihi τὸ ΑΥΡΥΓΚΩΝ in antica legisse, ejusdemque nominis priorum litterarum reliquias in postica. Serius tamen comperti mihi numi cum typo equi capitis et spicae, in quibus pro ΑΥΡΥΓΚΩΝ diserte perlegi ΑΥΡΥΣΚΑΙ. Ad Aurusculam ergo urbem, vel Auruselinos populos (geographis tamen haud notos) numi referendi. De loco horum numorum natali dixi in peculiari dissertatione adhuc edenda.

(*Pag. 12*)

Svessa. 1, 2, 3, 5 *numi*. Editi in meo suppl. p. 8 n. 28 ad 31.

8. Editus ib. n. 27.

9. Editus ib. n. 39. Pro Σ in postica reponendum IΣ et sic quoque in postica n. 15 et 16, qui a me editi n. 40, 42.

12. Editus ib. n. 44.

18. Editus ib. n. 37.

19, 20, 21, 24. Editi ib. n. 32 ad 35, sed epigraphe anticae carellianae corrigenda in n. 20 sic . . OBVM, in n. 21 . . OBVM, in n. 24 Π . . BOVM. Tὸ ARBOVM, quod in his numis post Hunterum dat Carellius nunquam in iis, quos vidi, deprehendi, sed semper ΠROBOM, ΠROΠOM, vel ΠROBOVM, quae vox eadem mihi videtur quae Beneventanorum numorum ΠROΠOM, ac metalli probitatem indicare. Vide quae scripsi in cit. suppl. p. 8.

22. Et in hujus numi antica, cujus deficit me descriptio, omnino ΠRBOVM legendum esse censeo ut in aliis.

(*Pag. 13.*)

Teanvm Sidicinvm. 2 *numus*. Edidi cit. suppl. p. 9 n. 15.

3. Folium quercus mihi sat incertum. Notavi in postica insolentem litterarum formam, quam exhibeo fig. 11.

5. In hujus numi postica inscriptionis λει[illegible]αγα ea forma quam exhibemus fig. 12.

7, 8. Stellam in horum numorum postica non animadverti.

12. Edidi cit. suppl. p. 9 n. 18.

Cales. 2 *numus*. Editus a me correctius cit. suppl. p. 6 n. 45. Omisit Carellius alam qua clipeus insignitur.

3. Correctius a me editus n. 46. Omisit Car. *clavam* in antica.

4, 5, 6, 7. Editi ib. n. 48, 47, 43, 50. In n. 5 carell. anticae caput sinistrorsum erat describendum.

(*Pag. 14*)

9, 10. Editi a me ib. n. 51, 44.

12. Editus a me ib. n. 49. In integrioribus serpentem in galea deprehendi.

14 Editus a me ib. n. 56.

16. Pro T in postica reponendum Γ, ut in ipso numo observavi.

17. Editus a me ib. n. 55.

18. Editus a me ib. n. 58.

19. Editus a me ib. n. 61.

20. Editus a me ib. n. 60.

21. Editus a me ib. n. 57 cum inscript. in post. quam tamen abesse bene hic monet Carell. sed visa est mihi extitisse, ac postea detrita. Idem forte est numus qui a me iterum n. 59 describitur e mus. Reynier.

22. Epigraphe an in antica extiterit, dubium, in post. luculentum CALENO.

23. In hujus numi antica luculenta ep. CALENO : inscriptio in postica, si fuit, detrita : inter crura vero bovis Γ luculentum, quod male omittit Car.

28 ad 33. In quibusdam ex his numis forma τοῦ O est quam nostrae tabulae num. 13 exhibeo.

Caiatia. 1 *numus*. Inscriptio luculenta in numo fuit CAIATINO cum O ejusdem formae quae num. 13 nostrae tabulae exhibetur. Edidi cit. suppl. p. 6.

(*Pag. 15*)

Capva. 2 *numus*. Edidi cit. suppl. p. 9 n. 34.

20. Edidi ib. n. 35. Duo non tres globuli in area posticae describendi.

21. De diademate, quo caput redimitum agnoscit Carellius, dubitandi locus adhuc restat.

24. Editus cit. suppl. n. 36.

25. Galea caput in hoc numo redimiri haud sane mihi perspicuum fuit quum eum pertractarem: potius enim quadrupedis cujusdam rictum agnoscendum in hoc singulari capitis tegmine judicavi.

(*Pag. 16*)

Acerrae. Rectius hi numi nunc ad *Atellam* referuntur ex opinione cl. Millingen a).

a) Recueil pag. 25.

Cumae. 1 numus. Editus cit. suppl. p. 10 n. 28. Epigrapho in antica retrograda.. VX, in postica bustrophedon. De angue bicipite non liquet. Ejus formam dedi tab. nostrae num. 14.

2. Editus cit. suppl. p. 10 n. 20.

3. Editus ib. n. 23, ubi tamen secundum elementum V corrigendum est in eam formam quam exhibeo num. 15. *Galeae cristam* vidi pro eo quod astaci partem anteriorem vocat Carellius.

6. Editus ib. n. 27.

7. Editus ib. n. 22; epigraphen paullo aliter exhibui et caput in postica longis auribus insigne esse animadverti.

9. Editus ib. n. 32.

11. Editus ib. n. 30.

(*Pag.* 17)

17. Editus ib. n. 24. Caput anticae hedera mihi visum est redimiri.

18. In hujus numi antica deprehendi epigraphes λείψανα . . . ON.

21. Epigraphe hujus numi exhibenda fuerat KVMAION, ultimae litterae forma ea, quam dedimus nostra fig. 16. Editus a me n. 37.

22. Editus ib. n. 38. Epigraphe ut num. super.

23, 24. Editi ib. n. 34, 36: epigraphen paullo aliter legere mihi contigit.

28. Editus ib. n. 25.

33. Editus ib. n. 43.

Compulteria. 2, 3 *numi*. Edidi ib. p. 7 n. 4, 5. In numi 3 antica legi latinum I non oscum.

(*Pag.* 18)

Neapolis. 1 *numus*. Idem est numus, quem edidi cit. suppl. p. 13 n. 288 ubi perperam dederunt operae epigraphen . . ΟΠΟΝΤΕ . . quam sic e numo exscripsi ut exhibet nostra fig. 17 (litteris LI in unum coalitis ita ut formam τοῦ N mentirentur). Quod concha pecten Carellio, mihi incertum symbolum visum est.

2. Editus ib. n. 289. Epigrapho sic fuerat exscribenda ut habet nostrae tabulae fig. 18.

3. Editus ib. n. 292. Epigraphe hujus numi retrograde fuerat describenda ea litterarum forma quam exhibet nostra fig. 19.

4. Editus ib. n. 293. Epigraphes forma . . ΕΟΓΟΛΙΤΗΣ.

5. Editus ib. n. 287.

7. Editus ib. n. 294.

8. Editus ib. n. 285. In antica caput galeatum laureatum describendum erat: inscriptio posticae ea forma quam exhibet nostra fig. 20 et bos dimidius h. f. ad d.

13. Editus ib. n. 290. Epigraphe posticae sic exhibenda fuerat ut ostendit nostra fig. 21.

14. Editus ib. n. 286. Epigraphes forma ut fig. 22. Bos h. f. ad sin.

15. Vltimum et primum epigraphes elementa in numo non erant conspicua.

16. Editus ib. n. 302, sed epigraphe .. ΟΠΟLITE .., archaica litterae Π et L forma

17. Editus ib. n. 304. Epigr. ut nostra fig. 23.

18. Editus ib. n. 303.

19. Editus ib. n. 298.

20. Editus ib. n. 296. Epigraphes forma ut nostra fig. 24.

21. Editus ib. n. 297. Epigr. ut fig. 25.

24, 25, 26. Edidi ib. n. 295, 300, 308.

27, 28, 29. Edidi ib. n. 361, p. 15.

31. Editus ib. n. 306 p. 13.

32. In hujus n. postica epigraphe fuit conspicua solum . . ΟΛΙΤ . .

(*Pag.* 19)

35. Editus ib. n. 307 p. 13.

39. Editus ib. n. 326, p. 14. Pro AI legendum ΔI ut in sequenti n. 40.

42. Editus ib. n. 368 p. 15. Monogr. forma ut in nostra fig. 26.

43. Editus ib. n. 324 p. 14.

44. In antica infra ΤΑΡ ea forma litterae A quam dat fig. 27.

46. Editus ib. n. 359 p. 15. Epigraphe posticae fuit ut nostra fig. 28.

48. In hujus numi antica deerat EY, et in post. legebantur solae litterae . . ΠΟΛΙ . .

51. Numus subaeratus fuit: epigraphe posticae deleta.

52. Editus ib. n. 363 p. 15.

53. Editus ib. n. 332 p. 14 cum iis epigraphes λειψάνοις quae in numo deprehendi.

55, 56, 57. Tres hos numos pro uno eodemque habendos censeo, quem descripsi l. c. p. 14, n. 328.

59. Editus ib. n. 366 p. 15, unde numi descriptio corrigenda.

62. Editus ib n. 315 p. 14.

63. Editus ib. n. 330 p. 14. Monogramma in antica hac forma quam exhibemus fig. 29.

65. Videtur n. 63 aliud exemplar minus integrum idemque sentiendum de n. 66.

(*Pag.* 20)

67, 68. Edidi ib. n. 360 p. 15 cum luculenta epigrapho ΝΕΩΠΟΛΙΤΩΝ quam in simili deprehendit quoque Mionnetus tom. 1. p. 116 n. 155. Excidit in mea descriptione vox ΑΡΤΕΜΙ quae legitur in antica.

69. Editus ib. n. 376 p. 16, unde Carellii descriptio est corrigenda. Formam monogr. damus nostra fig. 30.

70. Longe aliter hunc numum descripsi l. c. num. 335 pag. 14 ubi male Ar. 2 dedi pro *Subaer.*

71. Editus ib. n. 334 p. 14.

74. Editus ib. n. 333 p. 14, unde carelliana descriptio est corrigenda.

75. Editus ib. n. 309 p. 14.

77. Editus ib. n. 325 p. 14.

79. Editus ib. n. 358 pag. 15 unde carelliana descriptio corrigenda.

81, 82. In his numis posticae epigraphen sic legi.. ΕΟΠΟΛΙΤΗ..

83. Hujus numi descriptio corrigenda e nostro n. 374 pag. 16. Forma monogr. in hoc numo ea est quam dedimus tabulae nostrae num. 31.

85. Editus n. 327 pag. 14 unde carelliana descriptio corrigenda est.

86. Correctius edidi n. 372 p. 15. Formam monogr. in antica habes tab. nostrae num 32 et in post. habes tab. nostrae num. 33.

89. Editus l. c. p. 15 n. 367. Symbolum in antica quod Carellio est cornucopiae, mihi incertum.

90. Edidi correctius n. 331 pag. 14.

95. Correctius editus n. 353 pag. 15.

100. Edidi correctius n. 377 pag. 16.

(*Pag. 21*)

101. Edidi n. 355 pag. 15. In antica integrum ΧΑΡΙΛΕΩΣ nunquam legi, et in postica visa est mihi epigraphe sic, ut dedi, legenda . . . ΠΟΛΙΤΗ. . .

102. Edidi n. 356 p. 15. In alio simili legi ΧΑΡΙΛΕΩ..

105. Edidi n. 370 p. 15. Forma monogr. ut tab. nostrae num. 34.

106. Edidi n. 354 pag. 15. Epigr. posticae deleta.

107. Edidi n. 310 p. 14. Epigr. abrupta.

110. Edidi n. 373 p. 15. Epigr. deleta. Forma monogr. ut tab. nostrae num. 31.

111. Edidi n. 343 p. 14.

112. Edidi emendatius n. 350 p. 15. Epigr. in post. abrupta : in antica sub victoria λείψανα litterarum . . . Σ . . .

113. Edidi emendatius n. 316 p. 14. Fulmen in Palladis dextra, quod in hoc et sequenti numo 114 agnovit Carellius, deprehendere mihi non datum.

114. Edidi n. 344 p. 15.

115, 116. Edidi n. 312, 313 p. 14.

117. Edidi n. 349 p. 15.

121. Idem videtur numus in quo pharetram alias agnovi. V. n. 89 catalogi mei p. 37. Epigr. posticae in carelliano abrupta fuit . . . . ΟΠΟΛΙ..

122. In postica fuit epigr. abrupta..ΠΟΛΙΤ..

125. Editus ib. n. 338 p. 14.

127. Editus ib. n. 341 p. 14.

131, 132. Editi ib. n. 322, 323 p. 14.

133. Editus ib. n. 311 p. 14 emendatius.

(*Pag. 22*)

136. Editus ib. n. 342 p. 14.

139. Editus ib. n. 346 p. 15.

140. Editus ib. n. 348 p. 15.

141. Editus ib. n. 340 p. 14.

142. Editus ib. n. 345 p. 15.

143. Editus ib. n. 347 p. 15.

145. Editus ib. n. 337 p. 14.

146. Editus ib. n. 339 p. 14.

147. Editus ib. n. 321 p. 14.

149. Editus ib. n. 336 p. 14.

151, 152. Editus ib. n. 369 p. 15. Forma monogr. varians, ut in tabulae nostrae num. 35.

158. Editus ib. n. 364 p. 15.

164. Editus ib. n. 383 p. 16.

166 ad 169. Editi ib. n. 384 ad 387 sed pro E in n. 167 Γ adnotavi.

(*Pag. 23*)

170. Editus ib. n. 380 p. 16.

172. Editus ib. n. 381 p. 16.

175. Editus ib. n. 382 p. 16.

176. Edidi emendatius ib. n. 379 p. 16.

177. Editus ib. n. 388 p. 16.

180. Editus ib. n. 389 p. 16.

182. Editus ib. n. 390 p. 16. Hujus numi jam a me primum editi dedi modo et ectypon in *opuscoli* tom. II tab. 5 fig. 3. Sed virilem esse figuram quae bigas ducit, quod Carellio visum, plane dubitem. Quod si muliebris est figura, omnino cum iis comparanda videtur quae in Parthenonis zophoro in quovis curru adsunt juveni quadrigas ducenti, docente clar. Müllero [a]). Suspicatur vir doctissimus non Victorias sine alis, sed potius deam quamdam certaminum, maxime curulium, similem Agoni et Palaestrae jam notis, cuique fortasse nomen tribui possit *Hamillae*, ea figura indicari.

183. Edidi emendatius num. 460 p. 18.

185. Adde : in anticae area E. In post. inter bovis crura mon. tab. nostrae n. 36 ; infra ΙΣ.

189. Edidi n. 457 p. 18 unde corrigenda est Carellii descriptio.

190. Edidi n. 448 p. 18 emendatius.

194. Edidi n. 450 p. 18.

(*Pag. 24*)

201. Edidi n. 466 p. 18. Forma monogr. ut tab. nostrae num. 37.

202. Edidi n. 451 p. 18.

207. Edidi n. 453 p. 18.

215. Edidi n. 454 p. 18.

216. Edidi n. 459 p. 18.

219. Edidi n. 444 p. 18.

222. Edidi n. 445 p. 18.

223. Edidi n. 452 p. 18.

225. Edidi n. 456 p. 18.

231. Edidi n. 414 p. 17.

234. Edidi n. 429 p. 18.

238. In hoc numo litterae ΔΙ incertae.

241. Edidi n. 438 p. 18.

(*Pag. 25*)

243. In area post. litterae perspicuae tantum..Ω.

244. Edidi integrius n. 426 p. 18.

246, 247. Horum numorum integriorem descriptionem dedi n. 422 p. 17. Forma monogrammatum in postica tab. nostrae num. 38.

248. Et hujus numi emendatiorem descriptionem habes ib. n. 423. Forma monogr. in postica tab. nostrae num. 39.

249. Editus n. 433 pag. 18.

250. Editus ib. n. 432.

252. Editus ib. n. 417 p. 17.

253. Editus ib. n. 431 p. 18, sed et in carell. descript. et in mea corrige in anticae area Ж pro K.

255. Editus ib. n. 416 p. 17.

a) Annali dell' istit. di corr. archeol. a. 1829 p. 225, 6.

260. Editus ib. n. 436 p. 18. Littera Σ in postica mihi dubia.
262. Editus ib. n. 420 p. 17.
264. Editus ib. n. 427 p. 18.
265. Editus ib. n. 446 p. 18.
268. Duplicem coronam in Apollinis capite in hoc et similibus numis non deprehendi, neque τὸ Δ quod in adversa legit Carellius.
270. Hujus numi descriptio sic corrigenda : . . . . . Caput Apollinis laureatum d. ΝΕΟΠΟΛΙΤ . . . Bos humana facie dextr., supra musca vel apis : inter crura EK.
271. Edidi n. 435 p. 18.
274. Edidi correctius n. 413 p. 17. Forma osci elementi tab. nostrae fig. 40.
276. Edidi n. 434 p. 18.

(*Pag.* 26)

279, 280. Edidi n. 424, 425 p. 17, 18. Pro P reponendum Ϙ.
285. Edidi n. 471 p. 18.
292 ad 300. Edidi n. 393, 394 p. 17.
301. Edidi n. 398 p. 17.
305. Edidi n. 407 p. 17. Forma epigraphes sic emendanda ut ostendit tab. nostrae num. 41.
306. In hujus numi exemplo quod sub oculis habui stella non apparet.

(*Pag.* 27)

311. Edidi n. 400 p. 17. Epigraphen legi ΝΕΟΠΟΛΙΤ.
313. Edidi n. 409 p. 17.
316. Emendatius edidi n. 408 p. 17. Forma monogrammatis tab. nostrae num. 42.
317. Emendatius edidi ib. n. 410. In area ut tab. nostrae num. 43.
318. Edidi ib. n. 396 p. 17.
322. Edidi ib. n. 402 p. 17. Forma mon. ut tab. nostrae num. 42.
324. Edidi emendatius n. 406 p. 17. Forma mon. tab. nostrae num. 38.
326. Edidi n. 404 p. 17.
330. Numus sic fuerat describendus : Caput Apollinis laureatum ad sin. ΝΕΟΠΟΛΙΤΩΝ. Taurus dimidius humana facie ad dextr. In area . . Σ.
331. Edidi n. 405 p. 17. Sed pro ΛΟΡΙ in mea descr. corr. ΛΟ/ΒΙ.
335. Edidi n. 401 p. 17. Sed ibi corrigendum Ae. 4 pro Ae. 3. Inscriptio anticae detrita videbatur.
338, 339. Edidi n. 411, 412 p. 17.

(*Pag.* 28)

342. Integriorem edidi n. 484 p. 19.
349. Integriorem edidi n. 477 p. 19. Notanda forma tertii elementi in epigr. horum numorum ut tab. nostrae num. 44.
353. Edidi n. 483 p. 19. Forma monogr. in antica tab. nostrae num. 45. Pro ramo quem Carell. videt in ima parte posticae, telum sed dubius agnovi.
355. Edidi n. 479 p. 19. Sed pro temone proram agnovi.
360. Edidi n. 472 p. 18.
362. Edidi ib. n. 474.
366. In antica pro III legendum videtur E.
368. Edidi n. 475 p. 19. A P in monogr. tab. nostrae num. 42.
369. Integriorem edidi n. 485 p. 19 et qualem Carell. ipse describit n. 371 seqq. De symbolo in antica expresso quod pro tintinnabulo describit Carellius, dixi ib. p. 50, sed incerta adhuc ejus significatio videtur.

(*Pag.* 29)

374. De fulmine dubitem. Incertum mihi visum est symbolum, cum numum describerem.
381. Edidi n. 487 p. 19.
383. Edidi ib. n. 488.
384. Edidi ib. n. 489.
390. Edidi ib. n. 490.
395. Edidi ib. n. 494.
397. Edidi ib. n. 497.
403. Edidi ib. n. 499.
408. Edidi ib. n. 498.

(*Pag.* 30)

414. Edidi ib. n. 495.
420. Edidi ib. n. 502.
421. Edidi ib. n. 503. Sed pro Ǝ dedi III.
422. Correctius edidi ib. n. 500.
424. Idem est numus quem edidi l. c. n. 501. Notanda tertii elementi forma ut supra n. 349.
426. Edidi n. 506. Numus recusus non fuit, sed ad concordiae numos referendus. Vide a me notata pag. 20 supplementi.
427. Edidi num. 507 pag. 19. Vere hic Suesanorum est numus a Neapolitanis recusus. Extant prioris numi λείψανα praeter litteras SVESA.. etiam stella, quae nempe galli typo addita fuerat; et quae male in mea descriptione omissa fuit.

(*Pag.* 31)

Nola. 1 *numus*. Edidi suppl. n. 13 p. 20.
6. Edidi ib. n. 16.
7. Edidi ib. n. 20.
12, 13. Edidi ib. n. 17, 18. Notanda forma ultimi elementi in n. 18, tab. nostrae num. 46.
14. Epigraphe in hoc numo abrupta fuit ΝΩΛΑΙ . . .
16. Edidi ib. n. 21. Forma litterae solitariae in antica est quam dedi tab. nostrae num. 27.

(*Pag.* 32)

Hyrina *incerti situs*. Numos quos Hyrio Apuliae tribuere solebant archaeologi, jam ab anno 1808 cum ceteris Samnii Campaniaeque numis mire convenire observavi : quum tamen nullam nossem in Campania eo nomine urbem, in Apuliae Hyrio

adhuc acquiescendum putavi. Ad Campaniam eos retulit numos, praeter Carellium, etiam cl. Millingen, qui haud plane improbasse videtur quae de his numis serius conjeci, forte ad latinorum Surrentum esse referendos, quae urbs Σύρεον dicitur Straboni. Vide a me notata in epistola ad Gargiullium edita in *Giornale Enciclopedico di Napoli anno* VII *tom.* IV *p.* 328 sqq. Quum tamen postea in numum incidissem nostris his Hyrinaeis plane similem, sed cum luculenta epigraphe ΑΡΠΑΝΟΣ retrogr. [a]), coepi de his quae antea ipse disserueram dubitare. Evincit enim numus et Arpanos Apuliae Campanorum urbium numos esse imitatos, quod item facere potuerunt Apuli et ipsi Hyrinaei.

6 *numus* ad 12. Variantes epigraphes formas in his numis obvias et in similibus, qui sequuntur, indicavi in supplem. ad Ital. vet. n. p. 24 n. 18 ad 23. Eas vero nunc accuratius exhibeo tab. nostrae num. 47.

13. Editus a me p. 24 n. 24. Forma monogr. quod occurrit et in antica, tab. nostrae num. 48. Epigraphe posticae exhibetur tab. nostrae num. 49.

14. Edidi n. 16 p. 24.

30. Edidi n. 27.

(*Pag.* 33)

Nuceria alfaterna. 2, 3 *numi*. Edidi n. 14, 15 suppl. p. 21. Forma epigraphes utriusque sic erat exprimenda ut tab. nostrae num. 50.

5. Edidi ib. n. 17. Epigraphe sic exhibenda fuerat ut tab. nostrae num. 51.

6. Edidi ib. n. 16. Epigraphe fuit ut tab. nostrae num. 52.

(*Pag.* 34)

Isnum. Inter Campaniae incertos adhuc amandandi. Tetigi et de iis quaedam in citata epistola ad Gargiullium. Numorum carellianorum sic emendatius erant exhibendae epigraphae ut dat tab. nostrae num. 53.

(*Pag.* 35)

Luceria. 4, 5 *numi*. Deesse mihi visi sunt in horum numorum postica tres globuli, qui sunt in antica.

(*Pag.* 36)

Arpi. 4 *numus*. Edidi cit. supp. n. 29 p. 22. Epigraphe ΑΡΙΙ non ΑΡΠΑ, ut Car. exhibet.

6. Edidi ib. n. 31.

10. Forma litterarum in postica hujus numi fuit quam exhibemus tab. nostrae num. 54. In antica Jovis caput sine symbolo.

11 ad 17. In his numis male Carell. omittit venabulum quod in posticae area conspicitur. Numum 12 edidi n. 34 p. 22.

18. Edidi accuratius ib. n. 35. In alio Arpanorum numo a me serius edito [b]) deprehendi hanc epigraphen: ΜΑΝ / ΗΙΕ

a) Edidi praestantem hunc numum opuscoli tom. I pag. 151 tab. 1 fig. 4.
b) Opusc. tom. II p. 128 tab. 5 fig. 7.

(*Pag.* 37)

Salapia. 1 *numus*. Edidi n. 20 p. 26; vide quae ibi notavi de anticae capite.

3. Hujus numi posticae epigraphen legi ΔΑ-ΞΕ.. ΕΔΑΜΑΙΡΕ.

4. Edidi n. 16. Epigraphes circa delphinum λείψανα fuere.. ΕΝΤΩ.. Α.. ΝΑ.

5. Litterae... ΟΔ.. in hoc numo prorsus dubiae.

8. Edidi emendatius n. 19 p. 26.

13. Edidi n. 22.

16. Edidi n. 25.

(*Pag.* 38)

Asculum. 1 *numus*. Edidi n. 4 p. 23.

Canusium. 1 *numus*. Epigraphe in hoc numo ΚΑΝΥΣΙΝΩ.

Rubi. 1 *numus*. Edidi n. 12 p. 25.

3. Edidi emendatius n. 11.

4. Edidi in giornal. numism. p. 51 tav. 4 fig. 4, et opusc. tom. II p. 64 tab. 3 fig. 14. Pro globulo coronam in victoriae manu agnosco.

6. Edidi n. 16 p. 25.

7. Edidi ib. n. 15. Epigraphe anticae rectius erat exhibenda.. ΡΟΣΕΟΣ.

9. Edidi ib. n. 13.

(*Pag.* 39)

Butuntum. 6 *numus*. Edidi n. 5 p. 28.

10. Edidi emendatius n. 4 ibid.

Caelium. 1 *numus*. Edidi n. 22 p. 23 ubi male operae dederunt ΚΑΙΑΙΝΟΝ pro ΚΑΙΑΙΝΩΝ.

2. In hoc numo epigraphe fuit ΚΑΙΑΙΝΩΝ.

5, 6. Edidi n. 24, 25 l. c. ubi legendum: Caput barbatum laureatum, *al.* pone globulus.

11. Edidi emendatius n. 27.

13. Edidi emendatius n. 29 ib.

(*Pag.* 40)

17. Edidi emendatius (?) n. 31 p. 24.

19. Edidi emendatius n. 28.

23. Edidi emendatius n. 23.

(*Pag.* 41)

Grumum. Memorat Plinius inter Calabriae mediterraneos populos *Grumbestinos*: ubi sunt qui legunt *Brumbestinos*, sed monente Harduino, ordo litterarum exigit *Gr—os* [a]). Hosce populos urbem *Grumi* nomine et hodie vocatam incoluisse praedicat Romanellius [b]), eique numos ΓΡΥ inscriptos esse tribuendos: cuius opinionis fautorem habemus nunc et Carellium. Sed certe si τὸ ΓΡΥ initium est urbis nominis (de qua re olim ipse dubitaveram [c])) longe celebriorem urbem *Grumentum* obscurioribus his Grumbestinis praeferendam in horum numorum censeo possessione.

a) Lib. III segm. 16.
b) Topogr. istor. tom. II p. 173.
c) Ad Plauti Captivos p. 120.

Neapolis *ad oram superi maris*. Sequitur et hic noster Romanellium, cujus sententiae etsi accesserit quoque Sestinius, nulla mihi fides adhibenda videtur. Nonnulla hac de re tetigi alibi a).

Sturnium. Haud incommode hos numos ΣΤΥ inscriptos noster et hic Romanellium sequutus ad Sturninos referre videtur, quos et inter Calabriae mediterraneos populos recenset Plinius b). Iidem Τοῦργοι a Ptolemaeo dicuntur c), neque audiendus Harduinus qui *Turnini* in Plinii textu reponit, repugnante numorum orthographia. Urbem *Stunium* vocat Carellius, nescio an satis idoneo auctore.

(*Pag. 41*)

Tarentum. 1 *numus*. Edidi n. 521 p. 28.

2. Edidi ib. n. 520.

3. Edidi ib. n. 528 p. 29. Quod tiaram vocat Carellius, rectius quidem σφενδόνην dixeris, caputque in his et similibus non Junonis sed Veneris Μορφοῦς esse videtur. Vide quae alibi de iis adnotavi d).

4. In anticae hujus numi area E fuerat describendum: in postica notandum quod vir nudus d. pedem delphinis capiti imponit, et dexteram extensam alius delphin supereminet.

5. In hoc et simili numo quem primus edidi e museo Capyciolatro Ital. vet. num. tom. I p. 60 n. 37, ΤΑΡΑΝ ex utraque facie, non ΤΑΡΑΣ legi debere mihi visum est.

9. Edidi emendatius n. 523 pag. 29.

10. Edidi ib. n. 524.

(*Pag. 42*)

12. Edidi integriorem ib. n. 525.

13. Edidi ib. n. 526.

(*Pag. 43*)

45. Edidi emendatiorem n. 652 p. 38.

47. Edidi integriorem n. 638 p. 37.

48, 49. Edidi ib. n. 637.

57. Numus erat subaeratus: anticae epigraphe sic exhibenda fuerat ΤΑΡΑΖ.

(*Pag. 44*)

62. Edidi n. 643 pag. 37, ubi pro murice colum demissam deprehendi.

64. Edidi n. 647 pag. 38, ubi perperam omisi esse in antica elipeo adposita spicula duo.

66. Edidi n. 651 p. 38. Sed ibi pro *s. hastam* reponendum *s. hasta vel baculo innititur*.

68. Edidi n. 640 p. 37. Epigr. antica ΣΑΡΑΤ.

69. Epigraphe in hoc numo anticae fuit retrogr. ΣΑΡΑΤ, posticae recto litterarum ordine.

72. Edidi n. 648 pag. 38, sed in aversae descriptione dormitavi, quae ideo ex carelliana est corrigenda.

73. Edidi n. 645 l. c. Quod Carellius hic *polypum* vocat, et ego *pilam* dixi, idem certe est symbolum, quod in vasis Canusii repertis, atque a Millino editis Castori ac Polluci tribuitur. Symbolum id de lecytho, in qua oleum continebatur ad palaestrae et balnearum usum, additis strigilibus, doctissime nuper explicuit, uti solet, clarissimus Letronnius, dignus qui omnino hac de re consulatur a). Lecythum vero et strigiles ferreo annulo insertas, ut commodius asportarentur, et monumenta antiquae artis exhibent haud infrequenter. Vide Viscontium b), et musei regii borbonici descriptionem c). Jam qui haec monumenta accuratius perpenderit, nullus profecto dubitaverit, quin eum ipsum annulum vocet κρίκον σιδηροῦν ἐν ᾧ λήκυθος καὶ ξύστραι, papyrus graece scripta sub Ptolemaeo Evergete II a Letronnio illustrata, cujus est argumentum de servo fugitivo in servitutem retrahendo. Neque doctissimo interpreti assentior qui vocem κρίκον de collari potius intelligit, in quo lecythi et strigilium imago exhiberetur. Non enim id tantum agitur, ut fugitivus servus iis notis describatur, quibus facile agnosci possit: sed omnia quae is secum fugiens asportavit, indicantur; in his tres aurei numi, chlamys, perizoma, quae haud minus facile abjicere poterat quam *xystrolecython*. Deinde bene ait ἐν ᾧ, non ἐξ οὗ, quod ipsi κρίκῳ lecythus et strigiles inserebantur. Vide quaeso adnotata in musei regii descriptione.

(*Pag. 45*)

75. Edidi emendatius ib. n. 644.

76. Edidi integriorem ib. n. 646.

78. Edidi ib. n. 649, ubi corrige *sinistra baculo innititur* pro eo quod dedi *s. hastam*.

79. Epigraphen in h. n. deprehendi ΤΑΡΑΣ in antica, et in postica ΣΑΡΑΤ; item figura posticae visa est mihi d. hastam tenere, s. diotam.

82. Pro ⊢H in postica legi ⊢I.

(*Pag. 46*)

108. Editus n. 622 p. 35.

109. Editus ib. n. 623. Epigraphe ΤΑϘΑ.. ΤΙΝΩΝ (sic).

113. Editus ib. n. 624. Epigraphes λείψανα in n. carelliano, quam perperam deletam dixi, fuere ΤΑΡΑΝ . . . (sic).

(*Pag. 47*)

115. Correctius edidi n. 625 p. 35.

120. Edidi n. 617.

123. Edidi n. 621.

126. Edidi n. 558 pag. 31.

127. Edidi emendatius n. 555 ib.

128. Idem esse videtur numus quem edidi et aliter descripsi n. 531. Quod Carellio dicitur lampas luculenta esse mihi visum est acrostolium, sed formae variantis, et simplicioris, idemque dicen-

a) Opuscul. tom. II pag. 50.
b) Lib. III segm. 16.
c) Lib. III cap. 1.
d) Opusc. tom. II p. 72.

a) Journal des savans 1833, mois d'août pag. 479.
b) Mus. Pio Clem. tom. III tav. 35, p. 236 et 239 edit. mediolan.
c) Tom. VII tab. 16.

dum de numis 261, et 326 catalogi carelliani, in quibus et Carellius *lampadem luculentam* pro *acrostolio* agnoscit. Digna res est quae paulio accuratius, numis ipsis inspectis, definiatur.

129, 130. Minus integra videntur exemplaria ejusdem numi quem mox n. 131 describit.

(*Pag. 48*)

133. Edidi n. 548 pag. 31.
134. Edidi ib. n. 547.
135. In postica legitur ΑΝΘΡΩ non ΑΝΘΡΩΣ.
137. Edidi n. 571 pag. 32.
139. Pro ΞΑ legendum ΞΩ.
145. In postica hujus numi praeter ΘΙ legitur quoque magistratus nomen ΑΡΙΣΤ....

(*Pag. 49*)

153. Edidi emendatius n. 549 p. 31. Figura virilis non equum coronare, sed d. capiti equi imponere videtur, s. ad ejus pectus admota.
156. Edidi n. 551.
160. 161. Magistratus in his n. legitur ΑΡΙΣΤΩΝ non ΑΡΙΣΤΙΩΝ.
163. In hujus numi antica Taras d. protensa diotam tenet, quam male Carell. omittit.
165. Edidi n. 578 p. 32.
168. Edidi n. 566 ibid.
169. Edidi ib. n. 565.
170. Edidi ib. n. 568.

(*Pag. 50*)

172. Edidi ib. n. 588 p. 33. Forma monogr. tab. nostrae num. 55.
173. Edidi emendatius n. 630 p. 35.
174. Forma monogr. in antica, tab. nostrae n. 56, in postica n. 57. Legi in antica ΤΑΡΑΣ non ΤΑΡΑC. In post. perspicue legitur ΔΑΙΜΑΧΟC, et sic corrigenda est descriptio hujus numi quam dedi Ital. vet. num. n. 143 p. 66. Notanda *περίσασις* quod in hujus numi antica Tarantis caput quasi laureatum apparet.
180. Edidi emendatius n. 545 p. 30. Forma mon. in antica tab. nostrae num. 58.
190. Edidi emendatius n. 556 p. 31.

(*Pag. 51*)

192. Edidi emendatius n. 593 p. 33.
193. Aliter descripsi et edidi n. 538 p. 30.
194. In hoc numo Taras utrumque pedem ex uno delphini latere demittit.
196. Vide emendatius a me descriptum n. 583 p. 33.
199. Vide a me descriptum n. 601 p. 34.
201. De calantica dixi in notis ad numum 540 p. 30 supplementi mei.
204. Edidi n. 543 p. 30.

(*Pag. 52*)

208. Edidi emendatius n. 616 p. 35. Quod Carell. clipeum votivum vocat, fuit ea forma quam dat tab. nostrae num. 59.
212. Edidi plenius et emendatius n. 582 pag. 32. Quod noster tripodem vocat cum candelabro imposito, luculentus mihi visus est temo. Et temonem sane in ipsius Tarantis dextra vidit quoque Mionnetus in numo perquam simili, in cujus area flos est balaustii, et in postica idem magistratus nomen *Heracleti* a). Ita ut plane videantur sub hoc Heracleto numi Tarentinorum promiscue cusi, alii cum temone in dextra Tarantis, et balaustio in area, alii cum balaustio in Tarantis dextra, et temone in area. Sed et cum typo noctuae numi Tarentinorum cusi sunt cum nomine magistratus ejusdem *Heracleti*, et balaustii nota in area. Quae *περισάσεις* probant omnino, notas in area numorum appictas et ipsa symbola Taranti tributa ad magistratus potius quibus jus erat numorum feriundorum, quam ad principem ipsum typum esse referenda: qua de re nonnulla mox quoque monebimus. Forma monogr. tab. nostrae num. 60.
215. Paulio aliter descripsi n. 607 p. 34.
218. Paullo aliter descripsi n. 591 p. 33.

(*Pag. 53*)

220. Muliebrem esse figuram quae in hujus numi postica conspicitur, haud facile concesserim. Vide meum n. 553. Notaverat jam Winckelmannus c) esse numos Tarenti perraros in quibus eques exhibetur (quem is Tarantem esse putat, Neptuni filium) crinibus muliebri cultu in occipite colligatis, ita ut pro muliebri figura haberi posset, nisi id vetaret sexus ab artifice evidentur expressus. Addit infra equum personam tragicam exhiberi, unde patet numum de quo loquitur eumdem esse quem edidi n. 553, et perperam ideo clariss. Fea Winckelmannum castigare, quasi de ea figura quae delphino inequitat, loqui is debuisset, vel quasi in ea re hallucinaretur. Viscontius contra Winckelmanni fidem sequutus eum capitis cultum palaestritarum proprium esse docet, quod probat et anaglyphum ab eo editum d), et locus quoque Suetonii, in quo *a vertice cirrus* narratur Neronis statuis appositus e).
227. Edidi emendatius n. 563 p. 32.
230. Edidi ibid. n. 562 p. 31.
233. Forma monogr. in antica tab. nostrae num. 61, in postica num. 62, in alio num. 63.
235. Numi hujus aversam sic descripsi: Eques nudus dextrorsum currens d. spiculum intorquet, s. clipeum et hastas duas: infra ΚΑΑ . . .
236. Hujus numi postica describenda fuerat plano ut superior, sed infra ΚΑΑ et Ν, in area...
237. Edidi n. 557 p. 31.

(*Pag. 54*)

239. Edidi n. 553 p. 31.

a) Tom. I pag. 142 n. 406.
b) Ad Ital. num. suppl. p. 39 n. 658.
c) Lib. IV cap. 5 §. 44.
d) Mus. Pio Clem. tom. V tab. 36.
e) In Nerone cap. 53.

240. Edidi n. 554 ib. Forma monogr. ut tab. nostrae num. 64.

242. Idem plane est numus quem emendatius (ni fallor) descripsi n. 581 p. 32.

243. Forma monogr. ut tab. nostrae num. 65.

247. In antica hujus numi legitur ΞΟΡ non ΞΩΡ, et infra aequoris fluctus expressi. Postica sic describenda videtur: Eques nudus sinistrorsum currens d. genu equi dorso innixus d. habenas s. clipeum: ante Victoria alata equitis caput manu retinens.

249. Edidi n. 594 pag. 33.

(*Pag. 55*)

257. Edidi n. 618 p. 35 emendatius.

261. Edidi emendatius n. 531 p. 30. Pro lampade agnoscendum acrostolium in dextra Tarantis, ut notavi supra num. 128.

263. Edidi n. 535 ib.

264. Edidi emendatius n. 534 p. 30.

267. Edidi n. 564 p. 32 ubi vide notata.

(*Pag. 56*)

272 ad 274. Edidi emendatius n. 589, 590 p. 33.

275. Edidi emendatius ib. n. 587.

278. De *polypo* in antica dubitem. Monogr. anticae tab. nostrae num. 66, post. num. 67.

280. Edidi n. 595 p. 33.

281. Edidi n. 561 p. 31.

286. Edidi n. 628 p. 35, ubi in anticae descriptione addendum; infra Ι.

(*Pag. 57*)

287. Edidi n. 604 p. 34. Variat mea a carelliana descriptione in quibusdam. Forma monogr. ut tab. nostrae num. 68.

292. Quod telum vocat, rudens vel funis videtur, qui sub delphino ipso protenditur. Vide a me notata p. 36 suppl.

296. In hoc numo describendo visus est mihi Taras s. arcum sine sagittis detinere.

299. De diademate et loti flore plane non liquet. Vide quae notavi ad numum catalogi mei 614 p. 35 suppl.

(*Pag. 58*)

310. Edidi n. 597 p. 33.

313. Edidi n. 542 p. 30. Forma monogr. ut tab. nostrae num. 69. Notatu dignum est magistratus nomen ΣΗΡΑΜΒΟΣ, quod et apud Platonem invenias a). Et fortasse idem est nomen quod hodie in Plautina fabula legitur *Exaerambus* b).

314. Edidi ib. n. 541.

317. Edidi ib. n. 615 pag. 35.

323. Idem numus esse videtur quem aliter paullo descripsi n. 608 p. 34.

a) Σάραμβος ὁ κάπηλος. Gorg. tom. I pag. 518 Steph.
b) Aulular. act. II sc. 4, v. 30, 32.

(*Pag. 59*)

326. Edidi integrius n. 536 p. 30.

327. Numi descriptio corrigenda ex nostro n. 586 p. 33. In area anticae Σ, et in area posticae aliud Σ fuit in eo quem hic describit Carellius.

329. Emendatius edidi n. 598 p. 34.

331. In posticae area addendum ΣΑ.

333. Edidi emendatius n. 579 p. 32.

336. Edidi emendatius n. 552 p. 31.

340. Forma monogrammatum in post. ut tab. nostrae num. 70.

345. Edidi n. 546 p. 30.

(*Pag. 60*)

346. Forma monogr. ut tab. nostrae num. 71.

348. Edidi n. 569 p. 32.

349. Edidi emendatius n. 602 p. 34.

354. Dubium erat magistratus in postica nomen, et legendum mihi videbatur ΑΤΚΩ... Sed τὸ ΦΙΛΩΤΑΣ firmetur auctoritate Mionneti a).

355. Edidi emendatius n. 606 p. 34.

359. Edidi emendatius n. 592 p. 33.

(*Pag. 61*)

360. Edidi n. 600 p. 34.

362. Forma monogr. tab. nostrae num. 72. De flore loti ac capite vide a me notata ad n. 614 p. 35 et quae supra monui ad num. carelliani catalogi 299.

364. Latuit me in hoc numo describendo τὸ ΦΙ quod in posticae area notat Carell.

367. Edidi n. 596 p. 33.

(*Pag. 62*)

382. Edidi n. 661 p. 39 sed ΣΩ legi non ΣΩΣ.

388. Edidi n. 658 p. ead.

391. Edidi n. 657 p. ead.

393. Edidi ib. n. 662.

(*Pag. 63*)

400. Edidi emendatius n. 656 p. 38.

405. Edidi emendatius n. 660 pag. 39.

406. Edidi n. 655 p. 38.

408. Edidi ib. n. 654.

415. Edidi n. 736 p. 42.

418. Edidi n. 735 ib.

(*Pag. 64*)

424. Edidi n. 665 p. 39. Vide an corrigenda mea horum numorum descriptio quam aliter dat Car. n. 419. Typus vero hic Herculis leonem cauda retinentis in memoriam revocat quod de leone tradit Didymus ad Iliad. Υ v. 166: ἔχει δὲ τι ἐν τῇ οὐρᾷ ἀνάμεσον τῶν τριχῶν κέντρον μέλαν ὡς κεράτιον ὑφ' οὗ νυττόμενος πλέον ἀγριοῦται ἐκ τῆς ὀδύνης.

425. Edidi ib. n. 663.

a) Tom. I pag. 146 n. 444.

428. Edidi n. 721 p. 41.
433. Similem edidi n. 732 ib.
437. Edidi n. 717 ib.
438. Similem edidi n. 730 ib.
443. Edidi n. 727 ib.

(*Pag. 65*)

444. Edidi n. 728 ib.
450. Edidi n. 734 p. 42.
452. Edidi n. 716 p. 41.
458. Edidi n. 725 ib. *Fasciola* mihi incerta.
460. Edidi ib. n. 726.
462. Edidi n. 739 pag. 42.
464. Edidi ib. n. 740.
465. Edidi ib. n. 745.
467. Edidi ib. n. 749.
470. Edidi emendatius ib. n. 760.
475. Edidi emendatius ib. n. 761. Pro cicada locustam vidi.

480. Idem numus videtur quem edidi n. 762 sed pro hippocampo alato Pegasum vidi vel gryphum in galea.

483. Edidi n. 764 p. 43.

(*Pag. 66*)

484. Edidi n. 748 p. 42.
487. Edidi n. 750 ib.
493. Edidi n. 765 p. 43.
494. Edidi emendatius n. 766 ibid.
495, 496. Edidi n. 752, 753 p. 42.
498. Edidi n. 743 ib.
499. Edidi n. 741 ib.
502. Edidi n. 758 ib.
505. Edidi n. 759 *bis*, ib.
508. Edidi n. 759
510. Edidi n. 758 *bis*, ib.
512. Edidi n. 669 p. 39.
515. Edidi n. 672 ib.

(*Pag. 67*)

536. An idem quem edidi n. 731 p. 41?
540. Edidi emendatius n. 687 p. 40.
542. Edidi n. 691 ibid.
545. Idem videtur quem paullo aliter descripsi n. 686 p. 40.
547. Edidi n. 692 ib.

(*Pag. 68*)

556. Edidi n. 700 p. 40.
557. Edidi ib. n. 701.
563. Idem videtur numus quem plenius descripsi n. 702 p. 41.
564. Idem videtur quem descripsi ib. n. 704.
573. Edidi n. 674 p. 39.
575. Edidi n. 675 pag. 40.
576. Edidi n. 680 ibid.
577. Edidi emendatius n. 666 pag. 39.
579. Edidi emendatius n. 705 ib.
584. Edidi ac paullo aliter descripsi n. 676 p. 40.

(*Pag. 69*)

585. Edidi n. 708 p. 41.
587. Edidi n. 709 ib.
589. Edidi n. 677 p. 40.
591. Edidi n. 707 p. 41. Notandum in hujus numi postica jonicum capitellum, magistratus vel monetarii notam, ad Herculem adstitui: unde evinci videtur non esse in his numis id capitellum sepulcri ludorumque funebrium symbolum, uti nuper visum est cl. Raoul Rochette [a]) erui posse ex iis numis qui capitellum illud cum equitis typo conjungunt. Hoc enim quum non sit perpetuum, et Herculis quoque typo capitellum addatur, sat patet eam notam ad numi typum ipsum non esse referendam, sed propriam significationem habere, atque ad magistratum potius respicere, cujus erat cudendae pecuniae cura, quod de aliis symbolis monui quoque supra ad n. 212, et de ceteris pene omnibus notis, quae in Tarentinorum numis observantur, plane dicendum videtur. Noctuam quoque jonico capitello insistentem exhibet tarentinus numus cum Nicocratis magistratus nomine [b]), cui similem dat in catalogo suo Carellius num. 400 pag. 63. Et id quoque ad funebrium ludorum significatum trahi non posse, manifestum videtur.

Hic vero locus de notis magistratuum in numorum area expressis omnino postulat ut praeclarum pro iis probe intelligendis exemplum afferatur, Tarentinis nostris pene domesticum, quod nempe ex heracleensibus tabulis a doctissimo Mazochio illustratis desumi potest. In eis enim cum recitentur nomina finitorum (ὁρίσταν) et poliauomorum (πολιανόμαν) aliorumque, cujusque viri nomini nota quaedam duarum litterarum, et aliud alicujus rei nomen praescribuntur, hoc pacto:

. . . . ΤΟΙ ΟΡΙΣΤΑΙ
ϹΕ ΤΡΙΠΟΥΣ ΦΙΛΩΝΥΜΟΣ ΖΩΠΥΡΙΣΚΩ
ΠΕ ΚΑΡΥΚΑΙΟΝ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ ͰΗΡΑΚΛΗΤΩ
ΑΙ ΠΕΛΤΑ ΔΑΖΙΜΟΣ ΠΥΡΡΩ ΚΝ ΘΡΙΝΑΞ
ΦΙΛΩΤΑΣ ΙΣΤΙΕΙΩ ΜΕ ΕΠΙΣΤΥΛΙΟΝ
ͰΗΡΑΚΛΕΙΔΑΣ ΖΩΠΥΡΩ

quae sic vertit Mazochius: *finitores*: VE. *Tripus: Philonymus Zopyrisci fil.* PE. *Caryceum* (*caduceus*): *Apollonius Heracleti fil.* AE. *Peltae: Dazimus Pyrrhi fil.* CN. *Ventilabrum: Philotas Histici fil.* ME. *Epistylium: Heraclides Zopyri fil* [c]),

. . . . ΤΟΙ ΠΟΛΙΑΝΟΜΟΙ ΑΣ ΒΟΤΡΥΣ ΤΙΜΑΡΧΟΣ ΝΙΚΩΝΟΣ ϹΕ ΑΝΘΕΜΟΝ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙΩ ΚΑΙ ΤΟΙ ΟΡΙΣΤΑΙ ϹΕ ΤΡΙΠΟΥΣ ΦΙΛΩΝΥΜΟΣ ΖΩΠΥΡΙΣΚΩ

et cetera ut in superiori loco: idest vertente Mazochio: *praefecti urbani*: AS. *Racemus: Timarchus Niconis filius*. VE. *Flos: Apollonius Apollonii filius*, *et finitores* VE. *Tripus: Philonymus Zopyrisci filius* et cet [d]). Item:

a) Vide journal des savans 1833 mars, p. 154.
b) Suppl. ad Ital. vet. num. pag. 38 num. 636.
c) Sic in priori tabula apud Mazoch. Tab. Heracl. pag. 147-52. Apollonius Heracleti cum iisdem notis iterum occurrit p. 250, et cum Philonymo et Dazimo memoratur quoque in secunda tabula p. 257, 59.
d) Ibid. pag. 205, 6.

ΠΑΡ ΤΩΝ ΠΟΛΙΑΝΟΜΩΝ ΤΩΝ ΕΠΙ ΑΡΙΣΤΑΡΧΩ ΤΩ ͰΗΡΑΚΛΕΙΔΑ ΕΦΟΡΩ ͰΑ ΑΝΘΕΜΑ ΦΙΛΩΝΥΜΩ ΤΩ ΦΙΛΩΝΥΜΩ ͰΑ ΕΜΒΟΛΟΣ ͰΗΡΑΚΛΕΙΔΑ ΤΩ ΤΙΜΟΚΡΑΤΙΟΣ:

a polianomis qui sub Aristarcho Heraclidae filio ephoro fuerunt (nimirum) HA. *Rosae: Philonymo Philonymi fil.* HA. *Navis rostrum: Heraclide Timocratis filio* a).

Mox memoratur

ΜΕ ΚΙΒΩΤΙΟΝ ΒΟΡΜΙΩΝ ΦΙΛΩΤΑ;

idest ME. *Arcella: BormioPhilotae fil.* b), et cum eadem nota et symbolo κιβωτίου Arcas Philotae quoque filius, tum

ͰΑ ΕΜΒΟΛΟΣ ΔΑΜΑΡΧΟΣ ΦΙΛΩΝΥΜΩ .... ΓΕ ΓΥΙΟΝ ΠΕΙΣΙΑΣ ΛΕΟΝΤΙΣΚΩ

et cum iisdem notis

ΑΡΙΣΤΟΔΑΜΟΣ ΣΥΜΜΑΧΩ .... ΚΝ ΣΦΑΙΡΩΤΗΡΕΣ ΑΡΙΣΤΟΔΑΜΟΣ ...... ΑΛ ΛΩΤΗΡΙΟΝ ΦΙΛΙΠΠΟΣ ΦΙΛΙΠΠΩ

HA. *Rostrum navis: Damarchus Philonymi*, VE. *Gyion: Pisias Leontisci, et Aristodamus Symmachi*, KN. *Calcei lora: Aristodamus* .... AL. *Lavacrum: Philippus Philippi* c).

Cl. Mazochius post ea quae Maittairius d) et Maffejus e) de duplici hoc notarum genere dixerant, haud sane ad rem facientia, peculiari exercitatione opportunissime censet priori nota tribum, quam *obam* laconice appellat, altera notam familiae propriam indicari: quod egregie confirmat, advocatis praecipue in testimonium numis. Doctissimum ipsum virum de hac re disserentem audire hoc loco ne gravemur: « Quoties, amabo te, in nummis ἐν παρέργῳ parvuli insculpuntur tripodes? quoties caduceum (nolo enim a nostrarum tabularum ἐπισήμοις, quae exercitationis hujus initio recensui, discedere), quoties peltae, tridens, epistylium, racemus, flores occurrunt, et ita quidem ut ea cum argumento numismatis nihil prorsus habere commune intelligas? Et tamen cum haec mera fuerint monetariorum magistratuum insignia seorsim exhibita; tamen ἀρχαιόλογοι in eo se obfirmant, ut haec omnia pro deorum aut heroum, quos somniant, symbolis invita accipiant. Itaque ubicumque tripodem in angulo sepositum conspicantur, statim quicumque ille sit qui in nummo comparet, Apollo fit. Sic etiam ubicumque caduceum, tridens, racemus etc. visitur, ibi res tota ad Mercurium, Neptunum, Bacchum ingratiis redit. Atqui quantopere fallantur, vel ex eo poterant intelligere, quod plurima sint Brundusinorum, Tarentinorum, aliorumque Magnae Graeciae populorum numismata (hos enim nunc potissimum nomino, quod res Magnae Graeciae agimus) prorsus ejusdem typi: nec alia re differant, quam quod alibi tripus, alibi racemus, alibi tridens, aliave symbola in angulo seorsim scalpantur. Cui enim non statim subiret, ea non ad universam historiam in moneta exhibitam pertinere, sed idcirco caelata, ut essent magistratuum nummariorum διακριτικὰ insignia? Vides profecto, haec una ἐπισήμων familiarum notitia, cujus indicium Heracleae tabulis debemus, quantum lucis affundat nummis, quantum gemmarum caelaturae, quantum Hermis, ac Terminis totque aliis monumentis a).

Neque illud denique silentio praetereundum quod nomine *epistylii* in heracleensi tabula, quae nota fuit Heraclidae Zopyri filii, contendit Mazochius ipsum columnae capitulum indicari; quod quibus rationibus probatum iverit, ex ipso pete b). Hoc si verum, nova jam exinde caussa suboritur, cur cl. Raul-Rochette sententia de jonici capituli in Tarentinorum numorum area significatione rejiciatur.

592. Edidi n. 678 p. 40.
598. Edidi n. 664 p. 39.
601. Integrius edidi n. 679 p. 40.
603. Edidi n. 685 ib.
604. Edidi ib. n. 684.

(*Pag.* 70)

610. Edidi n. 768 p. 43.
612. Edidi ib. n. 769.
615. Edidi ib. n. 767.
617. Integrius edidi ib. n. 770.
621. Edidi n. 697 p. 40.
622. Edidi paullo aliter descriptum n. 688 ibid.
624. Edidi n. 875 p. 45.
625. Edidi n. 808 p. 44. Quod *cornu potorium* vocat Carellius dixi cornucopiae.
626. Edidi ib. n. 809.
627. Edidi ib. n. 810.
633. Edidi n. 785 p. 43.

(*Pag.* 71)

636. Edidi n. 782 p. 43.
637. Idem videtur quem descripsi n. 802 p. 44.
640. Edidi n. 804 ib.
641. Edidi ib. n. 803.
642. Edidi n. 783 p. 43.
646. Edidi n. 784 ibid.
648. An idem quem edidi n. 805 p. 44?
650. Edidi n. 791 ib.
651. Edidi n. 794 ib.
652. Edidi n. 795 ib.
653. Idem videtur quem edidi n. 796.
658. Edidi n. 800 ib.
659. Edidi n. 798 ib.
665. Edidi n. 806 ib.
671. Edidi n. 777 p. 43.
678. Edidi n. 776 ib.

a) Ibid. p. 242.
b) Ibid. p. 247.
c) Ibid. p. 249, 50.
d) Apud Mazoch. l. c. p. 247, 8.
e) Osservaz. letterar. tom. III p. 304.

a) L. c. p. 150.
b) L. c. p. 153.

679. Edidi n. 778 ib.
681. Edidi n. 773 ib.

(*Pag.* 72)

683. Edidi n. 781 ib.
687. Edidi ib. n. 780.
688. Edidi ib. n. 771.
689. Edidi ib. n. 779.
694. Edidi ib. n. 774 et ramum pro folio vidi.
702. Edidi n. 874 p. 45.
704. Edidi n. 852 ibid.
706. Edidi n. 853.
707. Edidi n. 854.
708. Edidi n. 860.
710. Edidi ac paullo aliter descripsi n. 870.
712. Edidi n. 861.
714. Edidi n. 862.
715. Edidi n. 864.

(*Pag.* 73)

718. Edidi n. 863.
721. Integrius edidi n. 869.
723. Edidi n. 856.
724. Edidi n. 857.
725. Edidi n. 855.
729. Edidi n. 859.
735. Aliter descripsi atque edidi n. 820 p. 44.
736. Edidi n. 845 p. 45.
740. Idem videtur quem edidi n. 827 p. 44.
741. Idem videtur quem edidi n. 848 p. 45.

(*Pag.* 74)

744. Idem fortasse quem edidi n. 834 p. 45.
745. Idem fortasse quem edidi n. 828 p. 44.
749. Idem videtur quem descripsi paullo aliter n. 840 pag. 45.
750. Edidi n. 836 ib.
752. Idem videtur quem edidi n. 851.
754. Edidi n. 850 ib.
756. Edidi n. 837 ib.
757. Edidi n. 838 ib.
758. Edidi variante globulorum numero n. 844 ib.
760. Edidi paullo aliter descriptum n. 839 ib.
762. Edidi n. 843.
765. Edidi n. 831 p. 44.
766. Edidi n. 829 ib.
773. Idem videtur quem edidi n. 825.
776. Edidi n. 832 p. 44.
780. Edidi n. 824 ibid.
782. Edidi n. 830 ibid.

(*Pag.* 75)

792. Idem videtur quem edidi n. 877 p. 45.
804. Idem videtur quem aliter descripsi num. 812 p. 44.
809. Edidi n. 814 ibid.
815. Edidi n. 817 ibid.

(*Pag.* 76)

820. Idem videtur quem edidi n. 885 p. 46, sed pro grano hordei cuspidem descripsi in anticae area.

824. Idem videtur quem descripsi n. 886 ib. Numus cognitus fuisse videtur et Torremuzio qui edidit anepigraphum et Agrigentinis tribuit a).

828. Idem quem edidi paulloque aliter descripsi n. 880 ibid.

829. Aliter descripsi atque edidi n. 879 ib.
832. Edidi n. 882 ib.
836. Edidi n. 878 ib.
838. Edidi ib. n. 881.

(*Pag.* 77)

Brvndvsivm. 1 *numus*. Edidi n. 38 p. 27.

4. Edidi ib. n. 41. Τὸ E quod in area exhibet Car. et quod notam incertae significationis ego appellavi, hanc formam exhibet quam dat tab. nostrae num. 73.

7. Edidi ib. n. 44.

12. Edidi ib. n. 39. De forma τοῦ E in postica vide paullo ante notata ad n. 4.

(*Pag.* 78)

51. Edidi ib. n. 52 pag. 27.
52. Edidi ib. n. 49.
55. Edidi ib. n. 51.
58. Edidi ib. n. 50 sed pro clava candelabrum descripsi.
59. Edidi ib. n. 59.
60. Edidi ib. n. 62.
63. Edidi ib. n. 61.
65. Edidi ib. n. 60. In posticae area legi ut tab. nostrae num. 74.
67. Edidi ib. n. 48.
70. Edidi ib. n. 70. Forma monogr. ut tab. nostrae num. 75.
71. Edidi ib. n. 58 sed legi... PVS.
72. Incertum mihi τὸ M. VAL quod in postica legit Carell.
73. Edidi n. 53. In post. fuit nota quam exhibet tabulae nostrae num. 76.
75. Incerta satis atque erosa fuit hujus numi antica.

(*Pag.* 79)

Orra. 1 *numus*. Et in hoc numo ut in sequentibus infra anticae caput legitur AA.

4. In hoc numo duo globuli extantes videbantur fuisse plurium reliquiae. In antica pro *infra* AA reponendum *pone* AA, et in postica aquila ad sin.

5. In hujus numi antica prope caput est sceptrum.

17. Facem in pueri manu non agnovi, sed lyram ut in ceteris.

21. In hujus numi antica adde: *infra* S ejus formae quam dat tab. nostrae num. 77.

a) Auct. 1 tab. 1 num. 6.

(*Pag. 80*)

Hydruntum. 1, 2 *numi*. Edidi n. 2, 3, p. 28.

Vxentum. 1 *numus*. Numum hunc emendatius edidi n. 8 pag. 46.

(*Pag. 81*)

Lucania. 1 *numus*. In galea anticae gryphum pro pegaso deprehendi. Corrige epigraphen in postica ΛΟΥΚΑΝΟΜ.

6. Leonis rictum agnovi in eo quod lupi caput hic dicitur.

8. Pro hordei grano cuspidem descripsi.

(*Pag. 85*)

Paestum. 96 *numus*. Dextram, non sinistram manum attollere eques in hoc numo videbatur: forma monogrammatis tab. nostrae num. 78.

98. In similibus ex mus. regio epigraphe fuit ΓΑΙΣΤΑΝΟ, vel ΓΙΙΣΤ . .. In alio, quem vidi penes cl. canon. de Iorio epigr. luculenta fuit ΓΑΣΤΑΝΟ ea litterarum forma quam exhibet tab. nostrae num. 79.

104. In postica hujus numi deest S.

107. Nomen magistratus CN. TEV litteris TE in monogr. ea forma quam dat tab. nostrae num. 80; in alio variante forma num. 81.

108. Anticae caput nudum descripsi.

109 ad 111. In postica horum numorum legi PÆ, et MAFI pro Carellii litteris detritis, litteris MA in monogr. ut tab. nostrae num. 82.

112. In antica infra . . Æ.

113. Antica hujus numi fuit erosa. In postica haec legi . . ASVI. IIII VIR.

114. In postica infra ∽. In antica sola epigraphes λεί⊥αγα MEN . . .

115 ad 120. En tibi horum numorum epigraphas quales eas mihi deprehendisse visus sum: 1, D. FAD. EPVI . . .)(L. VE. (in mon. ut tab. nostrae num. 83) N . . P . . . in area S—2, . . FAD . . V L . .)(. . . VE. NE. (monogr. ut tab. nostrae num. 84) PA . . . in area S—3, D. FAD. EPVI. C. (sic))(L. VE. NE (monogr. ut tab. nostrae n. 85) PÆ. in area S—4, .. FA.. EPVL. DEM.)(L. VEN.. (mon. ut tab. nostrae num. 86) PA . . in area S.

(*Pag. 86*)

121. Forma monogrammatum tab. nostrae num. 87.

131, 132. In his numis pro lituo caduceum descripsi. Sed forte rectius Carellius vidit lituum.

146. Caput anticae in hoc numo laureatum descripsi.

153. In hoc numo caput diadematum descripsi.

(*Pag. 87*)

155. In hujus numi postica praeterea in area spica.

159. Caput anticae descripsi tenui filo revinctum.

161. Epigraphen posticae legi CN. TE (mon. tab. nostrae num. 81). . PÆ.

166. Forma monogr. tab. nostrae num. 88.

169, 170. Epigraphen in his numis deprehendi ΓΑΕΣΤ.

171. In hoc numo non manus junctas, sed fasces cum securi mihi deprehendisse sum visus. In postica legi tantum . . . MASSO (mon. tab. nostrae num. 82).

173. Caput anticae diadematum visum est, uti et in sequentibus 174, 175, 179, 181.

(*Pag. 88*)

186 ad 191. In his numis dimidius aper in delphinum desinere videtur.

196, 197. In antica horum numorum caput diadematum deprehendi.

198, 199. In antica horum numorum nonnisi unus globulus conspicuus mihi fuit.

200, 201. In antica caput visum est diadematum.

204. Numus fuit erosus, quem sic descripsi: L. VE.. (mon. tab. nostrae num. 84) Cornucopiae ut videtur)(FAD. PONT. (mon. tab. nostrae num. 89) in area.

205. Et hic numus erosus, quem sic descripsi: Vas sine ansis inter duos globulos; pone...)(PÆ in medio numo.

206. Caput in antica hujus numi est juvenile corona spicea ornatum.

208. In hoc et sequentibus numis anticae caput diadematum est visum.

211, 212. In horum numorum postica praeterea globulus.

(*Pag. 89*)

215. Numus hic etsi Paesti nomen non exhibeat, Paestanis accensendus videtur, quod frequens ex ejus urbis ruinis proveniat. Adde quod Ceppiam gentem paestanam fuisse probat haec epigraphe edita a Bamonte a):

Q . CEPPIO . Q . F . MAE . LONGINO
PON . . . .
II . VIR . DESIGN . VIXIT . ANN . XX.
Q . CEPPIO . CALLIMACHO . PATRI
AVIANAE . MATRI.

223. Inscriptio posticae A. VERCILI..(mon. tab. nostrae num. 84).

225. Inscriptio posticae . . ..RCIL . . . IIVIR.

226. Litterae in antica sic transpositae videbantur $\begin{matrix} S & C \\ P & S \end{matrix}$ et in post. epigraphe .. RCILIVS..

Velia. 1 *numus*. Bene videtur Carellius hos numos ad nostram Veliam revocasse. Hi enim et similes frequenter ad me allati cum ceteris Lucaniae vetustioribus. Ex his porro patet solam Veliam apud nos quadrati incusi morem retinuisse, quum ceterae Italiae urbes in vetustioribus numis typos ipsos incusos efformaverint.

a) Antich. pest. p. 97.

5, 6, 7. In horum numorum antica caput diadematum deprehendi.

(*Pag. 90*)

12. In hujus numi anticae area Ꞁ.
31. Forma monogrammatis in hoc et sequentibus tab. nostrae num. 90.

(*Pag. 91*)

37. In anticae area E et in postica inter crura monogramma, omnia ut tab. nostrae num. 91.
42. In anticae area fuit praeterea Θ.
48. In hoc numo leo fuit exserta lingua.
49. In anticae et posticae area non simplex P, sed cum puncto ut tab. nostrae num. 92.
50. Et in hujus numi antica simile P cum puncto describendum.
51. In anticae area P inversum cum puncto et in postica supra Φ, inter crura P recto positu cum puncto.
52. Etiam in hujus numi anticae area fuit P inversum cum puncto, et in postica supra Φ, inter crura monogramma tab. nostrae num. 91.
54. In antica praeterea ante Φ.
57. In antica hujus numi pone caput monogramma tab. nostrae num. 93.

(*Pag. 92*)

69. Forma τοῦ X in utraque numi facie est, ut tab. nostrae num. 91.
76. In galea anticae pro grypho hippocampum notavi.

(*Pag. 93*)

88. In antica galea praeterea alata, et in postica praeterea super leonem A.
90. Forma monogrammatis in hoc numo tab. nostrae num. 94.
96, 97. Forma monogrammatis in his numis ut eodem num. 94.

(*Pag. 94*)

112. Pro T in hujus numi adversa legi Γ.
114. Epigraphe posticae in hoc numo fuit ΤΕΑΗΤΩ (sic), infra N ut tab. nostrae num. 95.
115. Noctua in antica sat mihi incerta. Quod vero serpens convolutus Carellio dicitur, symbolum fuit hac specie quam exhibet tab. nostrae num. 96.
117. Epigraphen in hujus numi postica sic legi ΤΕΑΗΤΕΩ..

(*Pag. 96*)

Nvmi Veliensium latini. Probabilius hi numi ad Venusiam referuntur, idque ex analogia ceterarum Apuliae urbium, quam sententiam post me amplexus est et Sestinius.

(*Pag. 107*)

Heraclea. 9 *numus.* In posticae typo Hercules describendus fuit baltheo transverso ad pectus ornatus s. exuvias, arcum et spiculum gerit: in area ΑΟΑ et vas monoton.

(*Pag. 108*)

15. In area posticae hujus numi legi ΔΩ, non ΔΑ.
20. Nota in hoc numo Herculem s. clavam et exuvias gerere.
23. Sat dubium in hoc numo fuit monogr. litterarum ⱵΗΡΑ, quod memorat Carellius.

(*Pag. 109*)

24. In postica hujus numi deprehendi τὸ ΕΥ recto litterarum ordine, non retrogrado.

(*Pag. 118*)

Tavati. 129 *numus.* In antica hujus numi infra hordei granum, ut videtur.

(*Pag. 119*)

133. Forma monogrammatis in postica tab. nostrae num. 97.
135, 136. Epigraphe abrupta videbatur ΘΟΥΡΙ.. pro ΘΟΥΡΙΩΝ.
137. Forma monogrammatis tab. nostrae num. 42. In postica ΣΩ sat incertum.
139. Anticae caput muliebre mihi visum. Forma monogrammatis in postica tab. nostrae num. 98.

Copia. 149 *numus.* Hujus numi descriptio haec mihi videtur emendatior dari posse:
Caput bifrons barbatum laureatum, supra I
ꓘ COΠIA. Cornucopiae; in area hinc L· L·
M
Q L· L et —, inde spica.

(*Pag. 120*)

Buxenti. 2 *numus.* Quod pro ape volante traducit Carellius rectius formicam dixeris cum clar. Mionneto tom. I pag. 179. Apis formam sane diversam exhibet revera carellianus numus 7.
5. In his et similibus numis laureatam esse figuram, quae in postica conspicitur, haud facile Carellio concesseris. Barbatam vero esse haud sane dubium videtur.

(*Pag. 121*)

16. Candelabrum an temo? Vide a me notata ad numum Tarentinorum 212 catalogi carelliani supra pag. 110.
17. Forma notae solitariae in postica haec fuit quam dat tab. nostrae num. 99.
21. In anticae area clava et lunula.
22. In anticae area cornucopiae et Ⱶ.
23. In anticae area quid incertum. In postica monogramma tab. nostrae num. 100 et clipeus.

25. Forma monogrammatis tab. nostrae num. 101.

(*Pag.* 122)

37. Addenda in postica hujus numi inscriptio ΒΡΕΤΤΙΩΝ.

(*Pag.* 123)

76. Vide notata supra ad num. 16.
88. Forma τοῦ Θ in postica ut tab. nostrae num. 102.
99. Monogramma in postica ut tabulae nostrae n. 103.

(*Pag.* 124)

101. Pro furcula in antica vidi cornucopiae. Forma monogrammatis in postica ut tab. nostrae num. 104.
114. In postica praeter lyram et stellam fuere etiam tria puncta describenda.
116. Τῷ E duo puncta in numo praemissa.
118. In posticae area lyra, I et :
123. In antica hujus numi infra caput, fuit quid incertum.
125. Forma monogrammatis ut tab. nostrae num. 105.
126. Pro fulmine harpam potius deprehendisse mihi sum visus.

(*Pag.* 125)

132. Pro T supra quam punctum, malleum descripsi.
134. Formam litterarum in incuso rectangulo extantium dedimus tab. nostrae num. 106.
148. In anticae area fuit praeterea Γ.

(*Pag.* 133)

Croton. 7 *numus.* Forma litterarum in antica ut tab. nostrae num. 107.
8. Forma litterarum in antica ut tab. nostrae n. 108.
23. Aquila incerta: epigraphe fuit ut tab. nostrae num. 109.
24. Epigr. in hoc numo fuit ut tab. nostrae num. 110.
33. Legi in postica epigraphen ut tab. nostrae n. 110.

(*Pag.* 134)

48. Pro noctua aquilam potius vidi capitello insistentem, et respicientem.
51. Lauri folium et rastrum sat incerta.

(*Pag.* 135)

62. In antica hujus numi ciconia insistit monogrammati ut tab. nostrae num. 111.
71. Caput in hujus numi antica non Apollinis esse, sed Aesari fluminis evincere videtur comparatio cum ceteris Crotoniatarum numis, in quibus ad id caput legitur ΑΙΣΑΡΟΣ.
73. Numus est Cianorum Bithyniae, in cujus antica perperam noster legit KPO pro K, vel KIA. Vide Mionnet tom. II p. 491, 2, num. 439 et 442.

(*Pag.* 136)

77. Fuit in area *Koph* ut tab. nostrae n. 112.
88. Epigraphes λείψανα conspicua fuere . . . ΩΝΙΑΤΑ . .
92. Numum hunc non vidi, et male legi a Carellio aversae epigraphen arbitror, quum constet hos numos SENSERNV.. vel PHENSERNV.. inscribi litterarum forma ad oscam accedente, neque ad Crotonem proinde posse pertinere. Vide clar. Millingium a), et a me alibi notata quum similem numum iterum ederem b). Suspicatus sum deinde numum ad Samnitium urbem pertinere posse, cujus nomen *Censennia* legitur apud Livium c), et Σεριννία apud Diodorum d).

(*Pag.* 137)

97. Coronam spiceam in hoc numo non deprehendi.
104. In antica ante Γ.
107. In antica pone aquilam fax fuerat describenda. Ex altera parte spica incerta, potius ciconia.

(*Pag.* 138)

Hipponium. 5 *numus.* Quod ramum vocat Carellius hasta esse videtur quae in hanc formam desinit quam exhibet tab. nostrae num. 113.

(*Pag.* 140)

Caulonia. 22 *numus.* Inter crura cervi legi ΘE.
32. In hoc numo epigraphen legi...ΙΑΤΑΣ.
37. In anticae area legi ΘI.

Numi Carelliani quorum descriptione deficior e).

Camars, numi carelliani catalogi 1, 2, 3, 4.
Roma, num. 1 ad 47.
Signia, num. 2, 3.
Incerti primae et secundae sectionis, num. 1 ad 23.
Teate, num. 1 ad 19.
Frentani, num. 4.
Allifae, num. 1 ad 7
Phistulia, num. 1 ad 23.
Beneventum, num. 1.
Aquilonia, num. 1 ad 3.
Campania, num. 1 ad 3.
Suessa, num. 11, 12, 22.
Teanum, num. 1, 4, 6.
Cales, num. 24, 25.
Capua, num. 1, 3, 4.
Calatia, num. 1.
Acerrae, num. 1, 2, 3, 4.
Cumae, num. 13, 20, 25, 26, 27, 29, 30, 31, 32.

a) Ancient coins pag. 27 tab. 2 fig. 8.
b) Opusc. tom. II p. 134 tav. 5 fig. 19.
c) Lib. IX cap. 44.
d) Lib. XX cap. 90.
e) Vide supra notam a) ad primam libelli paginam col. sec. Itaque in his numis, quos hoc indiculo indicavi, nulla fuit ἀκριβοῦς excercendae facultas, ut in ceteris omnibus.

Neapolis, num. 6, 49, 58, 91, 92, 130, 150, 173, 174, 186, 191, 197, 203, 227, 228, 229, 230, 242, 259, 267, 277, 278, 291, 309, 312, 321, 325, 329, 332, 333, 336, 337, 340, 341, 347, 354, 358, 379, 382, 386, 387, 407.
Nola, num. 3.
Hyrina, num. 1, 32.
Nuceria Alfaterna, num. 1, 7, 8, 9, 21, 22.
Uria, num. 1.
Luceria, num. 10.
Arpi, num. 5, 8, 31.
Salapia, num. 7, 9, 10, 11, 12, 15.
Caelium, num. 4.
Azetini, num. 1 ad 5.
Neapolis ad oram maris superi, num. 1 ad 4.
Sturnium, num. 1.
Tarentum, num. 15 ad 44, 46, 58 ad 61, 63, 77, 80, 81, 87 ad 107, 114, 117, 118, 119, 122, 132, 150, 162, 191, 198, 206, 207, 209, 210, 211, 217, 234, 241, 245, 246, 248, 268, 270, 271, 277, 283, 284, 285, 298, 350, 358, 361, 368, 370, 371, 372, Ab hoc numero ad numerum usque 838 desunt mihi omnium eorum numorum descriptiones, quorum nullam feci mentionem pagg. 11, 12, 13, 14 hujus opusculi.
Brundusium, num. 11, 15, 16, 21, 22, 69.
Orra, num. 18, 19, 20, 24.
Uxentum, num. 5 ad 12.
Numi incertae regionis vel situs, num. 1 ad 14.
Posidonia, num. 2 ad 95.
Paestum, num. 97, 103, 106, 129, 130, 183, 184, 185, 192 ad 195, 224, 228.
Velia, num. 13, 14, 25, 27, 28, 29, 30, 47, 55, 56, 64, 71, 75, 120, 166 ad 180.
Laus, num. 1 ad 9.
Ursentum, num. 1.
Metapontum, omnes numi.
Siris, num. 1 ad 4.
Heraclea, num. 2, 3, 5, 6, 8, 12, 13, 16, 18, 19, 20, 31 ad 84.
Sybaris, num. 1 ad 34.
Thurium, num. 1 ad 119, 122, 123, 127, 128, 138, 142, 145, 146.
Bruttii, num. 14, 16, 18, 28, 33, 35, 37, 48, 50, 51, 52, 56, 57, 62, 71, 135, 137, 159, 176.
Pandosia, num. 1, 2.
Temesa, num. 1.
Terina, num. 1 ad 90.
Petelia, num. 1 ad 33.
Croton, num. 45, 56, 60, 65, 92, 95, 96.
Hipponium, num. 12.
Valentia, num. 15, 17, 20, 24, 32 ad 49.
Caulonia, num. 16, 25, 26, 27, 28, 41.
Locri, omnes numi.
Rhegium, omnes numi.

DE ANECDOTO NEAPOLITANORVM NVMO ARGENTEO

EPISTOLA AD VIR. CLAR. NIEBVHRIVM.

Quum elapsis modo mensibus eques NICOLAVS SANTANGELO a), ornatissimus vir, Dauniae praefectus, veterumque numorum atque adeo ἀρχαιολογίας universae studiosissimus, numos quosdam, quod saepe solet, a se comparatos, mihi ostenderet, incidi in ἀνέκδοτον argenteum minimae formae Neapolitanorum in Campania numulum typorum et argumento et praestantia plane singularem. Eius numi quum a cl. possessore ἔκτυπον summa fide expressum impetrarim, ad Te nunc mitto, cl. ac doct. vir, Tuo, si velis, in Museo edendum. Vides in antica Herculis caput artificio sat rudi ac vetusto, leonis rictu ornatum exhiberi, cum hac epigraphe: ΝΕΟΠΟΛΙΤΗΣ. Alteram numi faciem occupat mulier alata sedens: qui typus Terinaeorum b) numorum est quidem frequentissimus, in Neapolitanorum vero numis nunquam est ante hunc diem deprehensus.

Equidem quum numulum hunc accurate primum contemplatus, ejusque et novitate et αὐθεντίᾳ fuerim delectatus, dignissimus statim visus est qui in publicum ederetur, tum quod is Neapolitanorum meorum rei numariae fines propagaret (quod praestare a patriae caritate haud alienum esse videbatur); tum vel maxime quod meam quamdam de Terinaeorum numorum explicatione conjecturam potissimum comprobare videretur. Qua de re haec, quaeso, paucis accipito.

Quum in eos numos, qui Theroni Agrigentinorum regi aliquando tribui solebant, olim commentarer a), eosque Terinae esse re vera ostenderem, pauca exciderunt de numorum Terinae typis observata; quorum frequentissimus quum sit alata mulier, in eam sententiam perductus sum, ut Ligeam Σειρῆνα ea indicari crediderim. Et sane fuit Terinaeis maxima Ligeam colendi haec caussa quod, Lycophrone teste, ejus mortuae corpus Terinam a fluctibus delatum, ibi ad Ocinari fluenta conditum, a Terinaeis summa fuerit deinde religione honestatum b). Quae quum ita sint, jam conjicere licet, eam, quam apud

a) Vir hic et penitioris doctrinae, et munerum quibus fungitur gravissimis, commendatione praeclarissimus, adeo politioribus favere litteris inter maximas rei publicae curas didicit, ut ingentem supellectilem et vere regiam librorum, numorum, pictorum vasorum ac tabularum instruxerit, quam cum patre fratribusque et ipsius et litterarum amantissimis servat in domestico museo, omnibusque summa cum humanitate communicat. — Scribebam haec a. 1828. Virum summum ad interiora regni negotia administranda optimi regis indulgentia erectum, nunc jure omnes gratulantur.

b) Terina urbs in Bruttiis ad mare Tyrrhenum, Crotoniatarum colonia, ab Annibale eversa. Vide Plin. lib. III cap. 5, Strabon. geogr. lib. VI cap. 1 §. 5, Stephan. v. Τέρινα, qui perperam ex Apollonide Nicaeo tradit Terinam Magnae Graeciae appellatione indicari, quod non unius urbis, sed regionis fuit nomen.

a) Vide meorum opusculorum volumen primum Neapoli editum a. 1826 pag. 155 seqq.

b) Cassandr. v. 726 seqq.

se conditam maxime colebant, Σειρῆνα in numis suis Terinaeos expressisse. Et vero alatae mulieris typus etsi Victoriam prima fronte indicare videatur, saepe tamen et ad deas alias nonnullas, et ad Sirenas praecipue indicandas trahi potest. Quam rem ut probarem, quaedam veterum loca notavi, in quibus Sirenes ipsae quasi alatae virgines describuntur, neque tamen iis, quod ceteri faciunt, avium quoque pedes tribuuntur.

Et sane praeter Euripidem qui Σειρῆνας non nisi πτεροφόρους νεάνιδας appellat a), veterisque Homeri scholiastae b) auctoritatem, qui et quasi alatas virgines eas pingit, nec pedes avium illis tribuit, Hyginus c) quoque Sirenas Acheloi fluminis et Melpomenes filias ait a Cerere, quod Proserpinae auxilium non tulissent, *volaticas* esse factas, id est, alis auctas: de pedibus nihil addit. At rem, meo quidem judicio, conficit Porphyrii d) locus, e quo plane crus Sirenum eamdem aliquando imaginem fingi, quae Musarum, Victoriae, Iridis, mulieris nempe alatae: τὰς δὲ Μούσας (ait ille) ἐπτέρωσαν, καὶ τὰς Σειρῆνας· κατὰ τὰ αὐτὰ δὲ τήν τε Νίκην καὶ τὴν Ἶριν, καὶ τὸν Ἔρωτα καὶ τὸν Ἑρμῆν. Itaque quum eadem Sirenum, quae Musarum et Victoriae fuerit figura, pedibus fateamur oportet esse pictas humanis.

Quod vero ad monumenta artium, haud equidem dubito et fuisse et esse maiorem eorum numerum, quae avium pedes Sirenibus tribuant. Et tales quidem Sirenas effingi non minus e poetarum lectione, quam e pictorum operibus didicerat Aelianus e): id tamen perpetuo servatum non esse contendo. Probat id quidem anaglyphum a Gorio f) editum, in quo tres Sirenes sedentes conspiciuntur, Ulyssis nave praetereunte: eae autem ne alis quidem, nedum avium pedibus, ornantur.

Haec, quae olim de Terinaeorum numorum typo disputavi g), maximam nunc lucem accipere videntur ex hoc Neapolitanorum numulo ἀνεκδότῳ, in quo idem plane alatae mulieris sedentis est typus. Cui enim non statim succurrat, sic Neapolitanos Parthenopen Σειρῆνα coluisse, ut Terinaei Ligeam? Quare dicendum plane videtur eadem Neapolitanos forma Parthenopen exhibere voluisse qua picta est Ligea in numis Terinaeorum.

a) Helen. v. 166.
b) Ad Odyss. lib. M v. 39.
c) Fab. 141.
d) Περὶ ἀποχῆς lib. III p. 285, edit. Lugdun. A. 1620. — Jam his testimoniis addendum Euripidis fragmentum a Clemente alexandrino servatum (stromatum libro IV extremo) in quo Sirenibus πτερόεντα πέδιλα tribuuntur, quod plane ostendit pedibus esse effictas humanis. Vide a me notata opusc. tom. II p. 277 seqq. et vide quoque quae habet doctissimus Panofka in splendidi operis *Antiques de M. Pourtalès pag.* 74.
e) Περὶ ζῴων ἰδιότ. lib. XVIII cap. 23. κατάπτεροι γάρ ὡς ἦσαν (αἱ Σειρῆνες) καὶ τοῦ μέσου αἱ κόραι καὶ τοὺς πόδας ὀρνίθων ἐδόκουν, ποιηταί τε ᾄδουσι καὶ ζωγράφοι δεικνύουσι.
f) Mus. Etr. tom. I tb. 147. Illustrat hoc anaglyphum, in quo sine alis Sirenes exhibentur, egregius Eustathii locus, qui de poetis Homero recentioribus haec ait: οὗτοι δὲ καὶ πτερωτὰς (Σειρῆνας) πλάττουσιν, οὐ μὴν οὕτω καὶ ὁ ποιητής, ἂ γὰρ ἂν ἐδίωξαν τὸν Ὀδυσσέα παρελάσαντα προσπετόμεναι ἂν πτεροῖς ἐδίωκον. Ad Odyss. M p. 1709.
g) Neque his quae tum scripsi de Terinaeorum numis obstare potest perrarus huius urbis numus, quem descriptum habes apud Mionnet tom. I pag. 205, et vidi quoque aere incisum in tabulis quibusdam, quas brevi a se edendas ostendit mihi amicissimus vir Millingen. Est in ejus postica mulier sine alis cum hoc lemmate *NIKA*. Vides hic Victoriam, quod plane rarissimum, sine alis expressam, quo nempe et ea hac περιστάσει a Sirene alata ceterorum numorum typo distingueretur.

De Parthenopes vero cultu apud Neapolitanos recepto quum vulgata sint ac frequentia veterum testimonia, satisque et illud pervulgatum, ea nempe de caussa et ipsi urbi factum Parthenopes nomen, plura hic addere supervacuum: Lycophronis tamen versus nobilissimos afferre, quos et supra memoravi, ea maxime de caussa opportunissimum videtur quod in iis tum Parthenopes tum Ligeae mentio occurrat: quare videntur ad horum numorum, de quibus agimus, explicationem plane conferre. Sic ergo ille Cassandr. v. 712—37.

Κτενεῖ δὲ κούρας Τηθύος παιδὸς τριπλᾶς
οἴμας μελῳδοῦ μητρὸς ἐκμεμαγμένας
αὐτοκτόνοις ῥιφαῖσιν ἐξ ἄκρας σκοπῆς
Τυρσηνικὸν πρὸς κῦμα δυπτούσας ΠΤΕΡΟΙΣ,
ὅπου λινεργὴς κλῶσις ἑλκύσει πικρά.
τὴν μὲν Φαλήρου τύρσις ἐκβεβρασμένην,
Γλάνις τε ῥείθροις δέξεται τέγγων χθόνα.
οὗ σῆμα δωμήσαντες ἔγχωροι ΚΟΡΗΣ
λοιβαῖσι καὶ θύσθλοισι ΠΑΡΘΕΝΟΠΗΝ βοῶν
ἔτεια κυδανοῦσιν, ΟΙΩΝΟΝ ΘΕΑΝ.
ἀκτὴν δὲ τὴν προὔχουσαν εἰς Ἐνιπέως
Λευκωσία ῥιφεῖσα, τὴν ἐπώνυμον
πέτραν ὀχήσει δαρόν, ἔνθα λάβρος Ἶς
γείτων θ' ὁ Λᾶρις ἐξερεύγονται ποτά.
ΛΙΓΕΙΑ δ' εἰς Τέρειναν ἐκναυσθλώσεται
κλύδωνα χελλύσσουσα· τὴν δὲ ναυβάται
κρόκαισι ταρχύσουσιν ἐν παρακτίαις,
Ὠκινάρου δίνῃσιν ἀγχιτέρμονα.
λούσει δὲ σῆμα βούκερως νασμοῖς Ἄρης
ΟΡΝΙΘΟΠΑΙΔΟΣ ἴσμα φοιβάζων ποτοῖς.
ΠΡΩΤῌ δὲ καί ποτ' αὖθι συγγόνων ΘΕᾼ
κραίνων ἁπάσης Μόψοπος ναυαρχίας
πλωτῆρσι λαμπαδοῦχον ἐντυνεῖ δρόμον,
χρησμοῖς πιθήσας· ὅν ποτ' αὐξήσει λεὼς
ΝΕΑΠΟΛΙΤΩΝ, οἳ παρ' ἄκλυστον σπίλον
ὅρμου Μισηνοῦ στυφλὰ νάσσονται κλίτη.

Videntur mihi quidem hi versus, etsi pluribus locis obscurissimi, typos tamen neapolitani hujus numi et Terinaeorum egregie illustrare, atque in iis quasi digito utriusque populi Sirenem, οἰωνὸν θεάν, ὀρνιθόπαιδα, nobis ostendere. Praeterea nec Lycophron eorum videtur sententiam sequutus, qui Sirenibus avium σκελῆ tribuunt praeter alas. Nam quas usurpat voces, proprie de alatis virginibus intelligi debere et alibi ostendi, et numi confirmant. Neque audiendus Martorellius noster a), doctissimus quidem vir, sed ultra modum paradoxorum cupidus; qui ὀρνιθόπαιδος vocem ab ὄρνις *gallina* trahendam clamat, quum multo simplicius ea ab ὄρνις *avis* derivetur, alatamque virginem significet b).

Quae quum ita sint, probe vides, quo jam earum quas adnotavi rerum summa redeat. Ut Terinaei Ligeam sub alatae virginis typo fere perpetuo, sic semel et Neapolitani Parthenopen sororem in numo hoc ἀνεκδότῳ expresserunt. Sed et uterque populus videtur mihi Sirenis quoque effi-

a) De thec. calam. p. 684.
b) Adde quod propter cantus suavitatem avibus compararentur, atque hinc diserte Σειρῆνας ἀηδόνας vocat Lycophron Cassand. v. 653, quod doctiss. Spanhemius de usu et praest. num. antiq. tom. I pag. 255 opportunissimo Cyrilli quoque loco confirmat. Vide et quae habet ibid. pag. 254. Atque hac quidem de causa in numis Terinaeorum saepe in Sirenis dextra avis, forte luscinia, conspicitur.

giem in monetae suae antica exhibuisse saepissime: quum et in Neapolitanorum et in Terinaeorum nummis argenteis muliebre caput elegantissimum occurrat, quod Parthenopes in illis, Ligeae in his jure tenent nonnulli a).

Iam pauca restant adnotanda de Herculis effigie, quae in nummi nostri antica conspicitur. Fuit et hic a Neapolitanis singulari religione cultus, uti et ceteri eorum nummi ostendunt a), et e veterum testimoniis Martorellius b) atque Ignarra c) docere conantur d).

Scripsi mense septembri 1828.
F. M. Avellinius.

a) Vide quae de his adnotavi in meis opusc, tom. I p. 185, 204 seqq.

a) Vide elegantes nummulos editos a Reynier in Précis d'une collection etc. tab. I n. 25 et in monumenti inediti Neapoli editis fasc. II p. 115 tab. 8 f. 8. et opusc. meor. tom. II p. 43, 50 seqq.
b) De thec. calam. p. 492, 497.
c) De palaestr. neapol. p. 101.
d) Neapolitani nummi, de quo in hac epistola dixi, ectypum habes in addita huic opusculo tabella.

ΕΠΙΜΕΤΡΟΝ.

Ad pag. opusculi nostri 2. *Camars.* Fidem inscriptionis KAM in his numis elevat quoque Sestinius (descriz. di molte medaglie greche tom. I pag. 1). Corrigendum porro nomen cl. Lepsii pro quo perperam dedi *Lenzius.*

Ad eamd. pag. *Pisaurum.* Numum a Cadalvenio editum Epiri Aidonitis tribuendum contendit Sestinius opere mox laudato tom. III p. x.

Ad eamd. pag. *Cosa.* De Cosa Hirpinorum videndus quoque cl. Müllerus (die Etrusk. p. 348).

Ad eamd. pag. *Allifae.* De vocis Ἀλίβας derivatione vide quoque Didymum ad Odyss. Ζ v. 201.

Ad pag. 12. Plane lectu digna quae de notis magistratuum sigillis saepe in area numorum expressis, quae ad nominis ipsius significationem manifesto trahenda sunt, notavit doctissimus Viscontius in explicatione vasi picti musei olim Durand, nunc Pourtalès, quam adhuc ἀνέκδοτον nuper edidit clar. vir Theodorus Panofka in *antiques du cabinet Pourtalès pag. 16, 17.* Exemplis ibi allatis addendum plane erat, quod e Tarentinorum quoque numis olim attuli, in quibus eques cum taeda currens exhibetur, addita inscriptione ΔΑΙΜΑΧΟΣ. Vide a me notata de hoc numo Ital. vet. num. pag. 88, et quae de eo quoque dixi supra hujus opusculi pag. 10. Typum numi illustrat Plato de republ. lib. I init. p. 328: λαμπάδια ἔχοντες διαδώσουσιν ἀλλήλοις, ἁμιλλώμενοι τοῖς ἵπποις: atque inde ei certamini nomen fuit λαμπὰς ἀφ' ἵππων.

OPVSCVLI FINIS.